REGES, REGINÆ, NOBILES,

Et alij in Ecclesia *Collegiata* B. PETRI Westmonasterij *sepulti*,

Vsque ad annum re-*paratæ Salutis* 1603.

Augustinus de Ciuitate Dei.

Sepulchrorum memoria magis viuorum est consolatio, quàm defunctorum vtilitas.

Euripides.

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται.

LONDINI,
Excudebat *Melch. Bradwoodus.*
M. DC. III.

Fundatio Eccleſiæ Beati PETRI *Weſtmonaſterij.*

IN prima enaſcentis Eccleſiæ apud Britannos infantia, imperante (vt author eſt Sulcardus) Antonino Pio, templum Apollinis ad occiduam vrbis Londini partem vbi hodie cernitur *Weſtmonaſterium*, terræ motu corruit. Ex eius ruinis Lucius Rex Britannorum qui Romanorum permiſſu hìc regnauit, ad Chriſti cultum anno ſalutis 170. Eccleſiolam erexit, quæ poſteà cùm perſecutionis tempeſtas ſub Diocleſiano Britanniam peruaſiſſet, penitùs ſubuerſa. Locus iam inde diu neglectus, & ſpinis obſitus iacuit, vnde ab Angloſaxonibus Thorney, & *Thorney* dictus erat. Donec Sebertus Rex Orientalium Saxonum ſiue Eſſexiæ & Midleſexiæ qui primus inter eos Chriſto nomen dedit, eò loci Monaſterium Chriſto & B. Petro anno Chriſti 605 poſuerit: vnde ab occiduo ſitu & Monaſterio *Weſtminſter* nominari cœpit. Sed cùm hoc Danico ardente bello proſtratum eſſet, Dunſtanus Cantuarienſis Archiepiſcopus fauente Eadgaro Rege renouauit, & pauculis monachis conceſſit. Poſteà Edwardus Rex cognomento *Confeſſor*, ſibi in ſepulturam, & Benedictinis monachis in monaſterium ex decimis omnium ſuorum reddituum de integro conſtruxit, & patrimonijs tota *Anglia* diſperſis ditauit. Formam antiquæ illius ſtructuræ, ſi placeat, ex antiquo manuſcripto habe. *Principalis area domus, altiſſimis erecta fornicibus quadrato opere, pariq; commiſſura circumuoluitur, ambitus autem ipſius edis duplici lapidum arcu ex vtroque latere hinc inde fortiter ſolidata operis compage clauditur. Porrò crux templi quæ medium canentium Domino chorum ambiret, & ſui gemina hinc inde ſuſtentatione mediæ turris celſum apicem fulciret, humili primùm & robuſto fornice ſimpliciter ſurgit; deinde cochlaris multipliciter ex arte aſcendentibus plu-*

rimis intumescit : deinceps verò simplici muro vsq; ad tectum ligneum plumbo diligenter vestitum peruenit. Iam inde hoc Monasterium cùm Regum Angliæ inauguratione, & coronatione, tùm etiam sepultura & Regalium repositione longè fuit celeberrimum. Verùm post 160 annum, hanc Edwardi fabricam subuertit Henricus iij. nouámque Ecclesiam speciosa structura, multiplici marmorearũ columnarum ordine, tecto laminis plumbeis conuestito, quinquaginta annorum opere ipse primum ponens lapidem anno 1220 exædificauit. Quam Abbates ad occasum plurimùm auxerunt, & Henricus vij, anno 1502, in suam suorúmque sepulturam, ad ortum, sacrarium admirandæ elegantiæ (*Orbis miraculum* vocat Lelandus, omnem enim elegantiam in illo aceruatam dicas) impensis 14000 librarum adiecit, in quo sepulchrum eius splendidissimum & maximum ex ære solido cernitur. Expulsis posteà ab Henrico viij, monachis, ad varias subinde vices reuoluta fuit: primùm Decanum habuit & Præbendarios, mox Episcopum vnicum Thom. Thurlbeium, anno 1541, qui patrimonio Ecclesiæ accisо cessit, & Decano reliquit. Statimque monachi cum suo Abbate à Maria Regina reducti. Quibus paulò pòst authoritate Parlamentaria electis, in Collegiatam Ecclesiam, imò Ecclesiæ plantarium anno 1560 conuertit Sereniſſima R. Elizabetha: Decanum, Præbendarios duodecim, Didascalum & Hypodidascalum, scholasticos quadraginta (alumni Regij dicuntur) qui suo tempore ad Academias promouentur, ministros, Cantores, Organistam, Choristas decem & duodecem pauperes milites &c. ad Dei gloriam, veræ religionis, & bonarum literarum propagationem instituit. Primum verò Decanum Guilielmum Billum præfecit, qui intra biennium sublatus, successorem habuit D. Gabrielem Goodman sacræ Theologiæ Doctorem: qui cùm huic Ecclesiæ Collegiatæ annos 40 summa cum laude præfuisset, anno 1601 obijt, illiq; Lancel. Andrewes sacræ Theologiæ itidem Doctor succeſſit.

IN

IN CAPELLA REGVM.

SEbertus Orientalium Saxonum & Mediosaxonum, id est, Essexiæ & Midlesexiæ Rex, filius Sleddæ ex Ricula Æthelberti Regis Cantij sorore, primus Regum Orientalium Saxonum hortatu Æthelberti Christianam Religionem susceptt, & Ecclesiam Westmonasterij, quæ tunc *Thornèga* dicebatur, B. Petro erexit, in qua cum vxore Athelgoda conditur. Obijt vltimo die Iulij anno reparatæ Salutis 616. Et 691 pòst anno, videl. 1307, Monachi Westmonasterienses transtulerunt eius corpus è veteri Ecclesiâ in nouam Basilicam, & reposuerunt in sepulchro è saxo ad australem partem mensæ Dominicæ cum hoc Epitaphio:

Labilitas, breuitas mundanæ prosperitatis,
Cælica præmia, gloria, gaudia danda beatis
Sebertum certum iure dedêre satis.
Hic Rex Christicola verax fuit hac regione,
Qui nunc cælicola gaudet mercede coronæ:
Rex humilis, docilis, scius, & pius, inclytus iste
Sollicitè, mitidè, tacitè, placidè (bone Christe)
Vult seruire tibi perficiendo sibi.
Ornat mores, spernit flores, lucis auarè
Gliscens multùm, Christi cultum latificare,
Ecclesiam nimiam nimio studio fabricauit
Hæc illæsa manus quæ fundamenta locauit:
Hic septingentis annis terra cumulatus
Christi clementis instinctibus inde leuatus
Isto sub lapide nunc iacet ipse, vide.
Atque domum Christo quia mundo fecit in isto

Nunc pro mercede cœli requieſcit in ade.
Reſpice mortalis, promiſſio ſit tibi talis:
Accipies ſi des, nil capies niſi des.
Es Chriſto qualis, Chriſtus erit tibi talis.
Dapſilis eſto ſibi, largus eríſque tibi.
Effectus non affectus, ſi reddere poſſis,
Debet cenſeri; ſi nihil reddere poſſis,
Tunc bonus affectus pro facto debet haberi.
Sicut de lignis per aquam depellitur ignis:
Sic mala commiſſa fiunt donando remiſſa.
Reddet ad vſuram quod quis dat nomine Chriſti,
Nam vitam puram pro paruo dat Deus iſti.

Præfatus quidem Rex Sebertus obÿt vltimo die Iulÿ Anno Domini 616. cuius vxor nomine AEthelgoda ante ipſum Sebertum diem ſuum claudens extremum, videlicet 13. die Septembris, Anno Domini 615. cum ipſo Seberto viro ſuo (vt præiximus) in ipſa Eccleſia quam ipſe fundauerat, in Sarcophagis plumbeis honorabiliter eſt ſepulta.

Iuxta hunc tumulum in pariete depingitur antiquo opere S. Petrus Sebertum defunctum his verſiculis alloquens:

Hic Rex Seberte pauſas; mihi condita per te
Hæc loca luſtraui, demùm luſtrando dicaui.

EDwardus Rex Angliæ ob ſingularem pietatem in Confeſſorum numerum relatus, filius erat Regis Æthelredi: penſionem annuum 4000. l. *Dangelt* dictam Anglis remiſit. Legatos (vt ſcribit Math. Weſtm.) Romam ad Damaſum Papam miſit, vt à voto abſolueretur, vouerat enim Romam ire ſi paterna regna adipiſceretur. Quem Papa à voto abſoluens, reſcripſit, vt expenſas quas ad iter parauerat,

parauerat, in pauperes erogaret, & Cœnobium in honorem Sancti Petri, aut nouum conſtrueret, aut vetus emendaret. Reuertentibus itaque legatis, Vlfino quodam Monacho perſuadente, & totius regni conſilio approbante, Weſtmonaſterium reſtaurauit. Obijt anno 1066. & ibidem honorificè ſepelitur in tumulo marmoreo teſſellato & varietate colorum ſplendido in medio capellæ cum his verſibus:

Omnibus inſignis virtutum laudibus heros,
Sanctus Edwardus Confeſſor, Rex venerandus,
Quinto die Iani moriens ſuper æthera ſcandit.

SVRSVM CORDA.

Moritur, Anno Dom. 1065.

EDitha Regina Angliæ, filia Goodwini Comitis Cantij, vxor Sancti Edwardi Regis & Confeſſoris, fœmina ſumma pietate & modeſtia. Edwardus coniux (vti refert Matthæus Weſtm.) hanc Editham nec thoro remouit, nec virili more cognouit, ſed an odio patris, vel amore caſtitatis, id fecerit incertum. Sunt qui aſſerunt Regem ſanctiſsimum de genere proditoris hæredes qui ſibi ſuccederent, noluiſſe procreare. Conditur à Boreali parte ſepulchri Sancti Edwardi.

MAtildis Regina Angliæ, filia Malcolmi Regis Scotorum & vxor Henrici primi, cui peperit Guilielmum, Richardum & Mariam qui perierunt naufragio, & Matildem Auguſtam quæ fuit vxor Henrici quinti Cæſaris Auguſti & mater Regis Henr. ſecundi. Hæc Regina (vt refert Guiliel. Malmesburienſis) quadrageſimali tempore quotidie Weſtmonaſterium adibat, nuda pedibus & cilicio induta. Obijt 1118. Sita ſine tumulo eſt ab auſtrali parte Sancti Edwardi.

HEnricus tertius Angliæ Rex, &c. filius Iohannis Regis ex Iſabella filia Comitis Engoliſmenſis, Princeps omni pietate, & vitutis laude florentiſsimus: anno 1220, incepit

incepit nouum opus Capellæ B. Mariæ Weſtm. & ipſe primum lapidem poſuit: & anno 1245, Conuentualem Eccleſiam B. Petri maiori ex parte dirui fecit, & 8. pòſt die, vz. Apoſtolorum Petri & Pauli inchoans, vt decentiorem conſtrueret & ampliorem. Contulit etiam eidem Eccleſiæ regalia dona in pallijs, gemmis & vaſis vt omnium Eccleſiarum Ciſalpinarum ditiſsima eſſet. E viuis ceſsit 1272. xi. Kalend. Decemb. cùm regnaſſet annos 56. dies 18. Et Weſtmon. (inuitis Templarijs, qui corpus regium vendicabant) magnifico & ſublimi ſepulchro quod Rex Edwardus filius Ialpidibus, Ophiticis, &c. quæ è Gallia attulerat, plurimùm ornauit, ad boreale latus capellæ requieſcit cum his inſcriptionibus:

Tertius Henricus iacet hîc pietatis amicus,
Eccleſiam ſtrauit iſtam, quam pòſt renouauit,
Reddet ei munus qui regnat trinus & vnus.

Tertius Henricus eſt templi conditor huius.
DVLCE BELLVM INEXPERTIS.

The friend of pitie and almeſdeed,
Henrie the Third whilome of England King,
Who this Church brake, and after his meed
Againe renewed into his faire building:
Now reſteth here which did ſo great a thing.
He yeeld his meed that Lord of Deitie
That as one God raignes in perſons three.

EDwardus primus Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, Dominus Hiberniæ, filius regis Henrici tertij ex Aleonora filia Comitis Prouinciæ, duxit in vxorem Aleonoram filiam Ferdinandi iij. Regis Caſtiliæ & Legionis, Scotos debellauit, Beruicum expugnauit. Obtulit B. Edwardo in Eccleſia Weſtmonaſterienſi regalia regni Scotiæ

Scotiæ, videlicet Solium inaugurationis, Sceptrum aureum cum corona. Anno 1308 mortem obijt, & ad caput patris situs est in tumulo marmoreo cum hoc Epitaphio:

Mors est mœsta nimis, magnos quæ iungit in imis,
Maxima mors minimis, coniungens vltima primis;
Nullus in orbe fuit homo viuens nec valet esse
Qui non morte ruit; est hinc exire necesse.
Nobilis & fortis, tibi tu confidere noli,
Omnia sunt mortis, sibi subdit singula soli,
De mundi medio magnum mors impia mouit,
Anglia præ tedio satis anxia plangere nouit:
Corruit Edwardus vario veneratus honore,
Rex nuper vt Nardus fragrans virtutis odore,
Corde Leopardus, inuictus & absque pauore,
Adrixam tardus, discretus & eucharis ore,
Viribus armorum quasi gigas ardua gessit,
Colla superborum prudens per prælia pressit,
Inter Flandrenses fortuna sibi benè fauit,
Vt quoque Wallenses & Scotos suppeditauit,
Rex bonus absque pari strenuè sua regna regebat:
Quod natura dare potuit bonitatis habebat,
Actio iustitiæ, pax regni, sanctio legis,
Et fuga nequitiæ premunt præcordia Regis:
Gloria tota ruit, Regem capit hæc modò fossa,
Rex quandoque fuit, nunc nil nisi puluis & ossa:
Filius ipse Dei quem corde colebat, & ore,
Gaudia fecit ei nullo permista dolore.

Dum vixit Rex & valuit sua magna potestas,
Fraus latuit, pax magna fuit, regnauit honestas.

Edwardus Primus Scotorum malleus hic est.

PACTVM SERVA.

In Capella Regum.

Death is too dolefull which doth ioine
The higheſt eſtate full lo:
Which coupleth greateſt things with leaſt,
And laſt with firſt alſo.
No man hath beene in world aliue,
Nor any may there be
Which can eſcape the dint of death,
Needs hence depart muſt we.
O Noble and victorious man,
Truſt not vnto thy ſtrength;
For all are ſubiect vnto death,
And all muſt hence at length.
Moſt cruell fate from worldly ſtage
Hath reſt a worthy wight;
For whom all England mourned loud
To ſee his dolefull plight:
Edward is dead, which was adorn'd
With diuers graces heere,
A King or fragrant Nardus hight,
A gracious princely peere.
In heart the which was Lybard lik,
Right puiſſant voide of feare:
Moſt ſlow to ſtrife, diſcreet and wiſe,
And gracious euery where.
In armes a Giant fierce and fell,
Attempting famous facts,
Moſt prudent did ſubdue the proud
By feate of martiall acts:
In Flanders fortune gaue to him
By lot right good ſucceſſe,
In Wales he wanne: the Scottiſh rout
With armes he did ſuppreſſe.

This

This King without his like aliue
Did firmely guide his land:
And what good nature could conceiue,
He had it plight at hand.
He was in Iuſtice, and in peace,
Excelling: Lawes tooke place,
Deſire to chaſe all wicked workes
Did hold this kings good grace.
He now doth lie intombed heere
Which furthered each good thing:
Now nought he is but duſt and bones,
Which was a worthy King.
The very ſonne of God whom erſt
This King did loue right deere,
Hath giuen to him immortall bliſſe,
For his good liuing heere.

Otherwiſe:

Whil'ſt liu'd this King by him all things
Were in moſt godly plight:
Fraud lay hid, great peace was kept,
And honeſtie had might.

Æ Leonora Regina Angliæ, vxor prima Edwardi primi, ſola filia Ferdinandi tertij regis Caſtellæ & Legionis ex Ioanna coniuge ſua ſecunda, hærede Guidonis Comitis Pontiui. Huius iure Comitatus Pontiui deuolutus eſt ad Reges Angliæ, mater fuit Edwardi ſecundi, è vita exceſsit 1298. & ad pedes Henr. Tertij, in ſepulchro marmoreo cum imagine ærea inaurata cum his verſibus iacet:

Nobilis Hiſpani iacet hîc ſoror inclyta Regis,
Eximij conſors Aleonora thori,
Edwardi primi Wallorum principis vxor,
Cui pater Henricus Tertius Anglus erat.

In Capella Regum.

Hanc ille vxorem gnato petit: omine princeps
Legati munus ſuſcipit ipſe bono.
Alfonſo fratri placuit fœlix Hymenæus,
Germanam Edwardo nec ſine dote dedit,
Dos præclara fuit, nec tali indigna marito,
Pontiuo Princeps munere diues erat.
Fœmina conſilio prudens, pia, prole beata,
Auxit amicitijs, auxit honore virum.

DISCE MORI.

Queene Elenor is heere interr'd,
A worthie noble Dame,
Siſter vnto the Spaniſh King,
Of royall blood and fame.
King Edwards wife, firſt of that name,
And Prince of wales by right:
Whoſe father Henrie iuſt the Third,
Was ſure an Engliſh wight,
Who crau'd her wife vnto his ſonne:
The Prince himſelfe did goe
On that embaſſage luckily
As chiefe with many moe.
This knot of linked mariage,
Her brother Alphonſe lik'd;
And ſo tweene ſiſter and this Prince,
The mariage vp was ſtrick'd.
The dowrie rich and royall was,
For ſuch a Prince moſt meete:
For Pontiue was the mariage gift,
A dowrie rich and great.
A woman both in counſell wiſe,
Religious, fruitfull, meke,

Who

Who did encreaſe her husbands friends,
And larg'd his honour eke.

LEARNE TO DIE.

EDwardus tertius Rex Angliæ, &c. Filius Edwardi ſecundi ex Isabella Philippi Pulchri Regis Franciæ filia, vir bellicoſiſsimus: cùm enim matris fratres è vita ceſsiſſet, non relictis liberis maſculis, & Galli prætenderent legem ſuam Salicam, quo minùs materno iure ſuccederet; bellum illis denuntiat, quod acerrimè geſsit. Caletos expugnauit, Aquitaniam & Normanniam armis recuperauit, Ioannem Regem Franciæ, & Dauidem Scotiæ bello cepit, captiuos detinuit, Inſignia & titulum Franciæ ſibi aſcripſit: & cùm triumphator annos 50. regnaſſet, mortem obijt 1377, & in auſtrali Capellæ Regiæ parte cum imagine ærea deaurata, his verſibus inſcriptis iacet:

Hic decus Anglorum, flos Regum præteritorum,
Forma futurorum, Rex clemens, pax populorum,
Tertius Edwardus regni complens Iubilæum,
Inuictus Pardus, pollens bellis Machabæus,
Proſperè dum vixit regnum pietate reuixit,
Armipotens rexit: iam cælo Cælice Rex ſit.

Tertius Edwardus fama ſuper æthera notus.

PVGNA PRO PATRIA.

In vtraque parte huius ſepulchri ſunt omnes filij & filiæ huius regis ære ſolido expreſsi. In dextra parte Edw. Princeps Walliæ, Iohanna de *la Tower* data Regi Hiſpaniæ, Leonellus Dux Clarenciæ, Edm. Dux Eboraci, Maria Duciſſa Britanniæ & Willielmus de Hatfield. In parte ſiniſtra Iſabella domina de Coucy, Willielmus de Windſor, Iohannes Dux Lancaſtriæ, Blanchia de Turri London. Margareta Comitiſſa de Penbroke, & Thomas Dux Gloceſtriæ.

Ensis quo Edwardus ille iij. in bello vti solitus, ad eius sepulchrum ostenditur.

Of Englisſh Kings heere lies the beautifull flower,
Of all before paſſed, and a mirrour to them ſhall ſue:
A mercifull King, of peace conſeruatour,
The Third Edward: the death of whom may rue
All Engliſh men, for he by knight hood due
Was Libarde inuict, and by feate Martiall
To worthie Macabe in vertue peregall.

PHilippa Regina Angliæ, vxor Edwardi tertij, filia Guilielmi Bauari Comitis Hannoniæ, ſumma pietate mulier, & nobiliſsimæ prolis mater. Obijt 1369. & ad pedes Edwardi coniugis ſita eſt in tumulo ſpecioſo cum imagine ex Alabaſtrite, his additis verſiculis:

Guilielmi Hannonis ſoboles poſtrema Philippa,
Hîc roſeo quondam pulchra decore iacet.
Tertius Edwardus Rex iſta coniuge lætus
Matèrno ſuaſu nobiliúmque fuit:
Frater Iohannes Comes Mauortius heros,
Huic illam voluit conſociare viro.
Hæc iunxit Flandros coniunctio ſanguinis Anglis:
In Francos venit hinc Gallica dira lues.
Dotibus hæc rarís viguit Regina Philippa,
Formaprǽſtanti, Relligione, fide.
Fœcunda nata eſt proles numeroſa parenti,
Inſignes peperit magnanimoſq; duces.
Oxonÿ poſuit ſtudioſis optima nutrix
Regineas ædes, Palladiámque ſcholam.

Coniux Edwardi iacet hîc Regina Philippa.
DISCE VIVERE.

Faire Philip William Hennaldes child,
And yongeſt daughter deere,

Of

In Capella Regum.

Of roſeat hue and beautie bright,
In tombe lies hilled heere.
Edward the Third through mothers will
And Nobles good conſent
Tooke her to wife, and ioifully
With her his time he ſpent.
His brother Iohn a martiall man
And eke a valiant knight,
Did lincke this woman to this king,
In bonds of mariage right.
Thus match and mariage thus in blood,
Did binde the Flemings ſure
To Engliſhmen, by which they did
The Frenchmens wracke procure.
This Philip flowr'd in gifts full rare,
And treaſures of the minde,
In beautie bright, Religion, faith:
To all and each moſt kinde.
A fruitfull mother Philip was,
Full many a ſonne ſhe bred,
And brought forth many a worthy knight
Hardie and full of dred.
A carefull nurſe to Students all,
At Oxford ſhe did found
Queenes Colledge ſhe, dame Pallas ſchoole,
That did her fame reſound.

LEARNE TO LIVE.

Circumpoſitæ verò ſunt circa hunc tumulum imagines cum ſuis armis horum principum, vt in veteri manuſcripto libro habetur. Ad pedes, Rex Nauarræ, Rex Bohemiæ, Rex Scotiæ, Rex Siciliæ, & Rex Hiſpaniæ. Ad caput Guiliel. Comes Hannoniæ pater eiuſdem Reginæ, Iohannes Rex Franciæ,

Franciæ, Edwardus tertius Rex Angliæ maritus eiuſdem Reginæ, Lodowicus Imperator & Edwardus Princeps Walliæ primogenitus filius. In ſiniſtro latere tumbæ, Iohanna Regina Scotiæ, Iohannes de *Eltham* Comes Cornubiæ, Iohanna Principeſſa Walliæ, Leonellus Dux Clarentiæ, Iſabella Comitiſſa Bedfordiæ, Iohannes Dux Lancaſtriæ, Iohanna Ducisſa Clarentiæ, Edmundus Comes Cantabrigiæ, Iohanna Duciſſa Lancaſtriæ, Thomas Comes Buckinghamiæ. In dextra parte mater eiuſdem Reginæ, Imperatrix, frater eiuſdem Reginæ, Marcus Dux Geldriæ, Æleonora Duciſſa Geldriæ, Iohannes Comes Hannoniæ, Maria Duciſſa Britanniæ, Lodowicus Dux Bauariæ, Comitiſſa Penbrochiæ, Carolus filius Regis Franciæ, Dux Brabantiæ.

HEnricus quintus Rex Angliæ, filius Henrici quarti Gallos multis prælijs deuicit, tandem Regens Galliæ creatus. Duxit in vxorem Katherinam filiam Caroli ſexti Regis Franciæ, ex qua ſuſcepit Henricum Sextum. Obijt Anno 1422: in ſuprema parte capellæ regiæ cum ſtatua argenteis laminis obtecta, quæ iam pridem ſacrilegio ſublatæ fuerunt, cum his carminibus ſepultus:

Gallorum maſtix iacet hic Henricus in vrna.

DOMAT OMNIA VIRTVS.

Pulchra virúmque ſuum ſociat tandem Katherina.

O mereifull God what a Prince was this,
Which his ſhort time in Martiall actes ſpent,
In honour of conqueſt: that wonder to me it is,
How he might compaſſe ſuch deedes excellent,
And yet for that his minde nothing detent,
All ghoſtly health for his ſoule to prouide,
Out of this world ere he fatally ſhould ſlide.

So

So though I had Tully his eloquence,
Or of Seneca the graue moralitie,
Or of Salomon the perfect ſapience,
Or the ſweet Ditties of Dame Calliope;
Yet might I not in proſe, or other Dittie
Accordingly aduance this Prince his fame,
Or with due honor to inhance the ſame:

Conſidering his actes, whereof parcell appeere
In this rude worke with many more leſt out:
The time alſo was leſſe then Tenne yeere
That he ſo ſhortly brought all things about,
By diuine grace furthered out of doubt,
That mightfull Lord he holpe his ghoſtly knight,
With grace and honor to paſſe this worlds fight,

And to haue reward double and condigne:
And firſt for martiall acts by him donne,
To be aduanc'd among'ſt the worthies nine,
And for his vertues vs'd by him eſt ſoone,
With many good deeds which he on earth had done:
Aboue the Hierarches, he is I truſt now ſtall'd,
That was in earth King of Kings call'd.

KAtherina Valeſia filia Caroli ſexti Regis Francorum, vxor Henrici quinti, quo mortuo, cepit in maritum Oenum Theodorum nobile Cambrobritannum qui genus ſuum ad Cadwalladrum referebat, cui peperit Edmundum Comitem Richmondiæ, Gaſparem Ducem Bedfordiæ & alium qui ſuſcepit Monachi habitum Weſtmonaſt. Morte ſublata eſt 1437. Et vnà cum Henrico quinto ſepulta fuit, cuius iam corpus in loculo inhumatum iacet iuxta maritum.

In Capella Regum.

Hic Katherina iacet Francorum filia Regis,
Hæres & regni (Carole Sexte) tui,
Henrici quinti thalamo bis læta iugali,
Nam sic vir duplici clarus honore fuit:
Iure suo Anglorum, Katherina iure triumphans
Francorum obtinuit ius, decus imperij.
Grata venit lætis fælix Regina Britannis,
Pérque dies celebrant quatuor ore Deum.
Edidit Henricum gemebunda puerpera Regem,
Cuius in imperio Francus & Anglus erat,
Non sibi nec Regno fælices sidere natum,
Sed patri & matri relligione parem.
Pòst ex Owino Tiddero tertia proles,
Nobilis Edmundus te Katherina beat:
Septimus Henricus quo non præstantior alter,
Filius Edmundi, gemma Britanna fuit.
Fælix ergo vxor, mater, ter filia fælix,
Alt Auia hæc fælix terque quaterque fuit.

OTIVM FVGE.

Here lies Queene Katherine clos'd in graue,
The French kings daughter faire:
And of thy kingdome (Charles the Sixt)
The true redoubted heire.
Twise ioifull wife in mariage mateht,
To Henry Fift by name:
Because through her he nobled was,
And shin'd in double fame,
The King of England by descent,
And by Queene Katherines right
The Realme of France he did inioy,
Triumphant King of might.

In Capella Regum.

A happie Queene to English men
She came right gratefull heere:
And foure daies ſpace they honored God,
With mouth and reuerent feare.
Henrie the Sixt, this Queene brought forth,
In painfull labours plight,
In whoſe Empire a Frenchman was,
And eke an Engliſh wight.
Vnder no lucky planet borne,
Vnto himſelfe, nor throne:
But equall with his parents both,
In pure religion.
Of Owen Tidder after this,
Thy next ſonne Edmund was,
O Katherine, a renowmed Prince
That did in glory paſſe.
Henrie the ſeuenth a Brittaine peurle,
A gemme of Englands ioy,
A peereleſſe Prince, was Edmunds ſonne,
A good and gracious roy.
Therefore a happie wife this was,
A happie mother pure,
Thriſe happie childe, but grandam ſhe
More then thriſe happie ſure.

RIchardus ſecundus Angliæ & Franciæ Rex, Dominus Hiberniæ, filius Edwardi Principis Walliæ ex Iohanna filia Comitis Cantij, aulam Weſtmonaſterienſem inſtaurauit: cùm regnaſſet annos 22. anno 1399. ſpoliatus eſt regno ab Henrico Lancaſtrenſi, & non multò pòſt interfectus, & Langleiæ inter Dominicanos ſepultus. Poſtea anno 1414. delatum eſt eius corpus Weſtmon. vbi (vti habet Th. Walſingham) regali ſepulchro impoſitis eius & vxoris imaginibus ex ære inaurato conditur, non ſine

maximis impensis Henrici quinti, qui fatebur se tantum illi debere quantum patri. Tumulo inscribuntur hi versiculi Rythmici:

Prudens & mundus Richardus iure secundus,
Per fatum victus, iacet hic sub marmore pictus.
Verax sermone fuit, & plenus ratione:
Corpore procerus, animo prudens vt Homerus.
Ecclesiæ fauit, elatos suppeditauit,
Quemuis prostrauit regalia qui violauit,
Obruit hæreticos, & eorum strauit amicos:
O clemens Christe, tibi deuotus fuit iste,
Votis Baptistæ salues quem protulit iste.

Hic iacet immiti consumptus morte Richardus.
FVISSE FÆLICEM MISERRIMVM.

Perfit and prudent, Richard by right the second,
Vanquished by fortune, lies here now grauē in stone,
True of his word, and thereto well resound,
Seemely in person and like to Homer, as one
In worldly prudence, and euer the church in one
Vpheld & fauoured, & casting the proud to ground
And all that would his royall state confound.

ANna Regina Angliæ, Vxor prima Richardi secundi filia Wencellai Regis Bohemiæ, & Imperatoris Germanorum, obijt 1394. & Westmonasterij vnà cum viro sepelitur, cum his Epitaphijs:

Sub petra lata nunc Anna iacet tumulata,
Dum vixit mundo Richardo nupta secundo,
Christo deuota fuit hæc, facilis, bene nota
Pauperibus prona semper sua reddere dona,
Iurgia sedauit, & pregnantes releuauit,

Corpore

Corpore formosa, vultu mitis, speciosa,
Præbens solamen viduis, ægris medicamen.
Anno milleno, ter centum, quarto nonageno,
Iulij septeno mensis migrauit amœno.

Hoc iacet Anna loco Britonum redimita corona,
Cui vir Richardus iure secundus erat:
Cui pater illustris, gnata, generóque superbus,
Romæ ter fœlix induperator erat.
Wenceslaus illam magna comitante caterua,
Londinum misit lætus ouánsque pater:
Cuius in aduentu ludi, spectacula fiunt,
Regali pompa, regia virgo venit:
Sed bona sunt hominum tenui pendentia filo,
Reges, Reginas mors capit, omne rapit.
Hæc Regina fuit magna de stirpe Quiritum,
Omnibus illa fuit fœmina chara viris.
Larga coloratis virtutum splendida gemmis:
Nunquam læta parens, nam sine prole iacet.

FORMA FRAGILIS.

Queene Anne Richard the seconds wife,
Lieth buried in this place:
Adorned with the Brittaines crowne,
With whom she found much grace.
Whose noble Sire of daughter proud,
Of sonne in law full glad,
Of Rome thrice happie Emperour was,
And that large Empire had.
Wenceslaus so call'd by name,
Who thus in ioifull plight
Sent her to London, guarded well
With valiant men of might.

Againſt whoſe comming plaies were made,
And ſights and ſhewes were ſeene,
With Princely pompe to gratifie
This noble virgin Queene.
But all mens treaſures laſt not long,
They hang but on a twine,
Or ſlender thread: death Kings and Queenes
Doth all catch vp in fine.
This Queene was of the roiall race
Of Romanes by deſcent:
Of all belou'd, moſt deere to moſt,
In honour relucent.
Full liberall and bountifull,
Adorn'd with vertues rare:
No child ſhe had but iſſueleſſe,
She lies without ſuch care.

FAVOVR FADETH.

MArgareta illuſtriſsimi Regis Angliæ & Franciæ Domini Edwardi quarti & Dominæ Elizabethæ Reginæ Sereniſsimæ conſortis eiuſdem filia, & quinta proles, quæ nata fuit 19. die menſis Aprilis anno Domini 1472. & obijt 11. die Decembris, cuius animæ propitietur Deus. Amen.

Nobilitas & forma, decórque, tenella iuuentus
Inſimul hîc iſta mortis ſunt condita ciſta,
Vt genus & nomen, ſexum, tempus quoque mortis
Noſcas, cuncta tibi manifeſtat margo ſepulchri.

THomas de *Woodſtocke* Dux Gloceſtriæ, filius ſextus Edwardi Tertij, vir ſumma nobilitate & authoritate, quem Rex Richardus Secundus eius ex fratre nepos improuiſo vi & armis cepit & Caletum miſit, vbi indicta cauſa

cauſa capite truncatus erat 1397. Iacet ſub marmore ære ornato in pauimento iuxta patrem.

ECCE, NVNC IN PVLVERE DORMIO.

HEnricus filius Richardi Regis Romanorum & Comitis Cornubiæ, à terra ſancta rediens dum Miſſæ aſtaret Viterbij in Italia, à Simone & Guidone filiis Simonis Montisfortis Comitis Leiceſtriæ interfectus erat, 1269. Oſſa eius ſepulta ſunt in Monaſterio de Hailes, & cor iuxta feretrum Sancti Edwardi Weſtmonaſterij collocatur. Matth. Weſtmonaſt.

IOannes & Margareta filij & filiæ Guilielmi de Valentia Comitis Pembrochiæ, ſiti ſunt inter ſepulchra Sancti Edwardi & Henrici quinti.

IOannes de Waltham Epiſcopus Sariſburienſis & Regis Theſaurarius, ſepultus in capella Regum iuſſu Regis Richardi Secundi, ſub marmore in pauimento.

Elizabetha filia Henrici Septimi iacet ad pedes Henrici Tertij in ſepulchro nigro marmoreo, cum hac inſcriptione:

ELizabetha illuſtriſsimi Regis Angliæ, Franciæ & Hiberniæ Henrici Septimi, & Dominæ Elizabethæ Reginæ ſereniſsimæ conſortis ſuæ filia & ſecunda proles, quæ nata fuit ſecundo die Menſis Iulij anno Domini 1492, & obijt decimo quarto die menſis Septembris, anno Dom. 1495. Cuius animæ propitietur Deus. Amen.

Hîc poſt fata iacet proles regalis in iſto
Sarcophago iuuenis, nobilis Elizabeth,
Princeps illuſtris, Henr. Sept. filia Regis
Qui bini regni florida ſceptra tenet:
Atropos hanc rapuit ſæuiſſima nuncia mortis,
Sit ſuper in cælo vita perennis ei.

Solium

Solium Regni Scotici.

REx Edwardus Primus cùm deuictis Scotis triumphator 1297 rediiſſet, ſceptrum & coronam Regum Scotiæ, vnà cum ſolio in quo Scotorum Reges inaugurari ſolebant in Eccleſia Weſtmonaſterienſi, Deo obtulit. Quod quidem ſolium adhuc in hac Regia Capella ſeruatur cum Saxo Iacobi, vt vocant, impoſito, & tabella penſili cum his verſibus:

Si quid habent veri vel Chronica, cana fidèſue,
Clauditur hac cathedra nobilis ecce lapis.
Ad caput eximius Iacob quondam Patriarcha
Quem poſuit cernens numina mira poli;
Quem tulit ex Scotis ſpolians quaſi victor honoris,
Edwardus Primus, Mars velut armipotens,
Scotorum domitor, noſter validiſſimus Hector,
Anglorum decus, & gloria militiæ.

DE iſto lapide vaticinium ſatis vetus circumfertur, & à nonnullis Scriptoribus etiam memoratur: quod cùm iam fidem inuenerit, regnante Iacobo Sexto Angliæ, Scotiæ, Franciæ, & Hiberniæ Rege ſereniſsimo, ſubiungendum putaui.

Ni fallat fatum, Scoti quocunq; locatum
Inuenium lapidem, regnare tenentur ibidem.

In magna & Regia Capella *Henrici Septimi.*

HEnricus Septimus Rex Angliæ & Franciæ, Hiberniæque Dominus, filius primogenitus Edmundi Comitis Richmondiæ, ex Margareta filia & hærede Ioannis Ducis Somerſeti, cùm Richardum tertium vita & regno iuſto prælio ad *Boſworth* priuaſſet,

uasset, in Regem inauguratus erat 1485, & cùm præfuisset annos 23, consopitis grauissimis illis dissidijs inter familiam Lancastrensem & Eboracensem piè in Domino obdormiuit 1509: & in hac quam magnificè extruxit capella, cum Elizabetha vxore in speciosissimo sepulchro ex solido ære intra æreum sacellum conditur cum his versibus in ambitu:

Septimus Henricus tumulo requieſcit in isto
Qui Regum ſplendor, lumen & orbis erat;
Rex vigil, & ſapiens, comis, virtutis amator,
Egregius forma, ſtrenuus at q; potens.
Qui peperit pacem regno, qui bella peregit
Plurima, qui victor ſemper ab hoſte redit:
Qui natas binis coniunxit Regibus ambas,
Regibus & cunctis ſædere iunctus erat.
Qui ſacrũ hoc ſtruxit templũ, ſtatuit q; ſepulchrum
Proſe, próque ſua coniuge, prole, domo.
Luſtra decẽ at q; annos tres plus complenerat: annis
Nam tribus octenis regia ſceptra tulit.
Quindecies Domini centenus fluxerat annus,
Currebat nonus, cùm venit atra dies,
Septima ter menſis lux tunc fulgebat Aprilis
Cùm clauſit ſummum tanta corona diem.
Nulla dedere prius tantum tibi ſæcula Regem
Anglia, vix ſimilem poſteriora dabunt.

HIC IACET HENRICVS BIVS NOMINIS SEPTIMVS, ANGLIAE QVONDAM REX, EDMVNDI RICHMONDIAE COMITIS FILIVS, QVI DIE XXII. AVGVSTI REX CREATVS STATIM POST APVD WESTMONASTERIVM DIE XXX. OCTOBRIS CORONATVR, ANNO DOMINI 1485. MORITVR DEINDE XXI. DIE APRILIS, ANNO AETATIS LIII. REGNAVIT ANNOS XXIII. MENSES VIII, MINVS VNO DIE.

In ipſo tumulo hæc leguntur ſub imagine Regis:

Septimus hic ſitus eſt Henricus, gloria Regum
Cunctorum ipſius qui tempeſtate fuerunt,
Ingenio atque opibus geſtarum & nomine rerum,
Acceſſere quibus naturæ dona benignæ:
Frontis honos, facies auguſta, heroïca forma:
Iunctaque ei ſuauis coniux, perpulchra, pudica,
Et fœcunda fuit: fœlices prole parentes,
Henricum quibus octauum terra Anglia debes.

Ex alia parte ſub imagine Reginæ.

HIC IACET REGINA ELIZABETHA, EDWARDI QVARTI QVONDAM REGIS FILIA, EDWARDI QVINTI REGIS QVONDAM NOMINATI SOROR, HENRICI SEPTIMI OLIM REGIS CONIVX, ATQVE HENRICI OCTAVI REGIS MATER INCLYTA. OBIIT AVTEM SVVM DIEM IN TVRRI LONDONIARVM DIE II. FEBR. ANNO DOM. 1502. XXXVII. ANNORVM AETATE FVNCTA.

In tabula penſili.

Eulogium pro ſuorum temporum conditione tantis principibus non indignum, per Skeltonida laureatum Oratorem Regium.

Huc pia Calliope propera mea caſta puella,
Et mecum reſona carmina plena Deo.
Septimus Henricus Britonum memorabilis heros,
Anglica terra tuus magnanimus Priamus:
Attalus hic opibus, rigidus Cato, clarus Aceſtes
Sub gelido clauſus marmore iam recubat.

Sic

Sic honor omnis, opes, probitas, sic gloria Regum,
Omnia mutabunt mortis ad imperium.
Anglia num lacrimas rides? lacrimare quid obstas?
Dum vixit, lacrimas: Dum moritur, Iubilas.
Tanta tamen pensas, dum vixerat Angligenenses
Vibrabant enses: bella nec vlla timent.
Vndique bella fremunt nunc, vndiq; prælia surgunt:
Noster honor solus filius ecce suus.
Noster honor solus, qui ponderat tanta subire
Non timet: intrepidus arma gerenda vocat.
Arma gerenda vocat, Superi sua cœpta secundent,
Vt quatiat Pallas ægida sæperogat:
Sors tamen est versanda diù, sors vltima belli
Mirmidonum Dominus Marte silente ruit.
Et quem non valuit, validis superare sub armis
Mars: tamen occubuit insidijs Paridis.
Nos incerta quidem pro certis ponere rebus
Arguit, & prohibet Delius ipse pater.
Omnia sunt hominum dubio labentia fato,
Marte sub incerto militat omnis homo.
Omne decus nostrum, nostra & spes vnica tantùm,
Iam bene qui regnat: hunc Iouis vmbra tegat.
Vt quamuis mentem labor est inhibere volentem,
Pauca tamen liceat dicere pace sua;
Pace tua liceat mihi nunc tibi dicere pauca
Dulce meum decus, & sola Britanna salus.
Summa rei nostræ remanet, celeberrime Princeps,
In te præcipuò qui modò sceptra geris.
Si tibi fata fauent, faueant precor atque precabor,
Anglia tunc plaude: sin minùs, ipsa Vale.

POLICRONITVDO BASILEOS.

In magna & Regia

Tetraſtichon veritatis.

Fœlix qui buſtum formaſti Rex tibi cuprum,
Auro ſi tectus fueras, fueras ſpoliatus,
Nudus, proſtratus; tanta eſt rabioſa cupido
Vndique nummorum: Rex pace precor requieſcas.
Amen.

Orator Regius Skeltonus laureatus in ſingulare meritiſsimúmque præconium nobiliſsimi Principis Henrici Septimi nuper ſtrenuiſsimi Regis Angliæ, hoc Epitaphium edidit. Ad ſinceram contemplationem Reuerendi in Chriſto patris ac Domini, Domini Iohannis Iſlippe Abbatis Weſtmonaſterienſis optimè meriti, Anno Dom. 1512. pridie Diui Andreæ Apoſtoli, &c.

In altera tabula penſili:

Triſtia Melpomenes cogor modò plectra ſonare,
Hos Elegos foueat Cynthius ille meos.
Si quas fata mouent lachrymas: lacrymare videtur
Iam bene maturum, ſi bene mente ſapis.
Flos Britonũ, Regum ſpeculum, Salomonis imago,
Septimus Henricus mole ſub hac tegitur,
Punica (dum regnat) redolens roſa digna vocari,
Iamiam marceſcit, ceu leuis vmbra fugit.
Multa nouer cantiũ fortunæ, multa fauentis,
Paſſus: & infractus tempus vtrunque tulit.
Nobilis Anchiſes, armis metuendus Atrides,
Hic erat: hunc Scotus Rex timuit Iacobus.
Spiramenta animæ vegetans dum veſcitur aura,
Francorum populus conticuit pauidus.
Immenſas ſibi diuitias cumulaſſe quid horres?
Ni cumulaſſet opes, fortè (Britanne) luas.

Vrgentes

Vrgentes casus tacita si mente volutes,
Vix tibi sufficeret aurea ripa Tagi.
Ni sua te probitas consulta mente laborans
Rexisset satiùs, vix tibi tuta salus.
Sed quid plura cano? meditans quid plura voluto?
Quisque vigil sibi sit: mors sine lege rapit.
Ad dominum qui cuncta regit, pro principe tanto
Funde preces quisquis carmina nostra legis.

Refrigerij sedem, quietis beatitudinem, luminis habeat claritatem. Amen.

EDwardus sextus Angliæ, Franciæ & Hiberniæ Rex, &c. filius Henrici Octaui ex Iana Seymour, coronatus erat 28. Ianuarij 1546. immatura morte, bonis omnibus præreptus, 6. Iulij 1553. obijt; ad caput Aui Henrici Septimi requieſcit, ſub altari ex ære deaurato, & artificioſè elaborato.

MAria Angliæ, Franciæ & Hiberniæ Regina, filia Henrici Octaui ex Katherina Ferdinandi Hiſpaniarum Regis filia, ſucceſsit fratri Edwardo 1553. Romanam religionem quam pater & frater profligârant, reſtituit, Philippo Hiſpaniarum regi nupſit, & cum regnâſſet annos 5. è viuis exceſsit, 1558. Et in capella à Boreali parte ſepelitur.

ELizabetha Angliæ, Franciæ & Hiberniæ Regina, filia Henrici Octaui Angliæ Regis ex ſecunda vxore Anna Bolonia, Mariæ ſorori 1558. ſucceſsit. Princeps potentiſſima, clariſsimis maximiſque Regibus in omni virtutis laude comparanda, quæ cum 44. annos quatuor menſes & dies octo ſumma gloria, exterorum admiratione, ſuorúmque amore ita regnaſſet vt matrem potiùs quàm dominam Anglia agnouerit, piâ & placidâ morte maximo ſubdito-

rum desiderio & dolore animam Christo reddidit, Die 23. Martij, Anno Salutis 1602. & eâdem cryptâ cum Henrico 7, Auo conditur.

MArgareta Comitissa Richmondiæ & Derbiæ, filia & vnica hæres Ioannis Ducis Somersetj ex Magareta filia Domini Bellocampi siue Beauchamp de *Powicke*, Primùm nupta Edmundo filio Oeni Theodori cui peperit Henricum Septimum Angliæ Regem, & deinceps Thomæ Stanley Comiti Derbiæ: duo Collegia, Christi videlicet & Iohannis Baptistæ, studiosis Cantabrigiæ erexit. Lectiones item duas Theologicas instituit, vna Cantabrigiæ, alteram Oxonij: & vbi Henricum Octauum ex filio nepotem coronari in regem vidisset, vitam cum morte commutauit 1509. & in capellæ australi parte eius corpus requiescit in tumulo ex lapide Lydio pulcherrimo, eius imagine ex ære inaurato imposita cum hac Epigraphe:

MArgaretæ Richmondiæ Septimi Henrici matri, Octaui auiæ, quæ stipendia constituit tribus hoc cœnobio monachis, & doctori Grammatices apud Wimborne, pérque Angliam totam diuini verbi præconi; duobus item interpretibus literarum Sacrarum, alteri Oxonijs, alteri Cantabrigiæ, vbi & Collegia duo Christo & Iohanni eius discipulo struxit. Moritur an. Dom. 1509 tertio Calend. Iulij.

In tabula pensili.

Elegia in serenissimæ Principis & Dominæ, Dominæ Margaretæ nuper Comitissæ de Derby, strenuissimi Regis Henrici Septimi matris, funebre ministerium per Skeltonida laureatum oratorem Regium, 16. die mensis Augusti, ann. salutis 1516.

Aspirate

Capella Henrici Septimi.

Aſpirate meis Elegis pia turma ſororum,
Et Margaretam collacrimate piam.
Hac ſub mole latet Regis celeberrima mater
Henrici magni quem locus iſte fouet,
Quem locus iſte ſacer celebri celebras Poliandro,
Illius en genitrix hac tumulatur humo.
Cui cedat Tanaquil (Titus hãc ſuper aſtra reportet)
Cedat Penelope charus Vliſſis amor;
Hac Abigail, velut Heſter erat pietate ſecunda,
En tres iam proceres nobilitate pares.
Pro Domina precor implora, pro principe tanta
Flecte Deum precibus qui legis hos apices.
Plura referre piget, calamus torpore rigeſcit,
Dormit Mæcenas, negligitur probitas:
Nec iuuat aut modicum prodeſt nunc vltima verſu
Fata recenſere (mortua, mors reor eſt.)
Quæris quid decus eſt? decus eſt modò dicier hircus:
Cedit honos hirco, cedit honórque capro.
Falleris ipſe Charon, iterum ſurrexit Abyron,
Et Stygios remos deſpicit ille tuos.
Viuitur ex voto, mentis præcordia tangunt
Nulla ſepulchra ducum, nec monumenta patrum,
Non regum, non vlla hominum labentia fato
Tempora, nec toties mortua turba ruens.
Hinc ſtatuo certè peritura parcere chartæ,
Seu Iuuenalis ouat eximius Satyrus.

Diſtichon execrationis in fagolidoros.

Qui lacerat, violátue, rapit, præſens Epitoma,
Hunc lacerétque voret Cerberus abſque mora.

Hanc tecum ſtatuas Dominam precor, ô Sator orbis,
Quo regnas rutilans Rex ſine fine manens.

ΚΑΛΟΝ ΑΓΑΤΟΝ CVM ARETARE IN PA.

Margareta

MArgareta Comitissa Leuenosiæ, filia Archibaldi Dowglasij Comitis Angusiæ, ex Margareta dotaria Scotiæ Regina filia Henrici Septimi Regis Angliæ, vxor autem Matthæi Stuarti Comitis Leuenosiæ, cui peperit Henricum Dominum de Darly matrimonialem Scotiæ Regem & patrem Iacobi Sexti Scotorum Regis, Carolum Comitem Leuenosiæ aliósque liberos qui primis annis obierunt. Migrauit ex hac vita decimo Martij anno 1577. Conditur in tumulo magnifico ex Alabastrite, cum his Epitaphijs:

MEMORIAE SACRVM
MARGARETAE DOWGLASIAE, MATTHAEI STVARTI LEVENOSIAE COMITIS VXORI, HENRICI SEPTIMI ANGLIAE REGIS EX FILIA NEPTI, POTENTISSIMIS REGIBVS COGNATIONE CONIVNCTISSIMAE, IACOBI SEXTI SCOTORVM REGIS AVIAE, MATRONAE SANCTISSIMIS MORIBVS ET INVICTA ANIMI PATIENTIA INCOMPARABILI. P.

Iamais clarriere.

Margareta potens virtute, potentior ortu,
Regibus ac proauis nobilitata suis:
Inde Caledonijs, Australibus inde Britannis
Edita principibus, principibusque parens.
Quæ mortis fuerant soluit lætissima morti,
Atque Deum petijt: nam fuit ante Dei.

Heere lieth the Noble Ladie Margaret Counteſſe of Leuenox, daughter and ſole heire of Archibalde Earle of Anguiſe by Margaret Queene of Scots his wife that was eldeſt daughter to king Henrie the Seuenth, who bare vnto Matthew Earle of Leuenox her husband, fower ſonnes and fower daughters.

This

This Ladie had to her great grandfather King Edward the fourth; to her grandfather King Henrie the Seuenth; to her vnkle King Henrie the eight; to her cosen germaine King Edward the Sixt; to her brother King Iames of Scotland the Fifth; to her ſonne King Henrie the Firſt; to her grandchild King Iames the Sixt.

Hauing to her great grandmother and grandmother two Queenes, both named Elizabeth; to her mother, Margaret Queene of Scots; to her aunte, Marie the French Queene; to her couſens germans, Marie and Elizabeth Queenes of England; to her neece and daughter in law, Marie Queene of Scots.

Henrie ſecond ſonne to this Ladie, was King of Scots, and father to Iames the Sixt now King. This Henrie was murdered at the age of one and twenty yeeres. Charles her yoongeſt ſonne was Earle of Leuenox, father to the Ladie Arbell: he died at the age of one and twenty yeeres, and is heere intombed.

CArolus eiuſdem filius & Comes Leuenoſiæ qui duxit filiam W. Cauendiſh Militis, è qua cùm Arbelam vnicam filiam ſuſcepiſſet, diem obijt, & in eadem cum matre crypta conditur, anno 1576.

In Boreali parte Sacrarij.

EDmundus Gibboſus, vulgò dictus *Crouchback*, filius Regis Henrici tertij, creatus erat à patre primus Comes Lancaſtriæ, &c. Qui ab Edwardo primo fratre ſuo germano in Vaſconiam miſſus, vbi cùm recepiſſet quædam Caſtra, anno 1297, Baionæ vitam cum morte commutauit, & ſexto pòſt menſe eius

corpus in Angliam aduectum Weſtmonaſt. conditur in ſepulchro ex ſolido ſaxo cum varijs armis depicto, & inaurato.

AVdomarus de Valentia Comes Pembrochiæ, filius Gulielmi de Valẽtia ex Ioanna filia Guarini de *Monte Caniſio*, duxit in vxorem Mariam filiam Comitis Sancti Pauli in Gallia, quæ ad Rempub. literariam promouendam Aulam Pembrochienſem Cantabrigiæ erexit. Situs eſt ad dicti Edmundi caput in perpulchra tumba depicta & inaurata.

AVelina Comitiſſa Lancaſtriæ, mulier ea ætate forma ſuper omnes ſingulari, filia Guilielmi de Fortibus Comitis Albæmarlæ, vxor fuit Edmundi Comitis Lancaſtriæ. Obijt ſine liberis 1269. & maxima pars hæreditatis obuenit familiæ Lancaſtrenſi. Iacet ad caput Audomari de Valentia in ſepulchro è ſaxo depicto.

HEnricus primus filius Regis Henrici Octaui ex Katharina Hiſpanica, qui bimeſtris obijt, & ad oſtium Capellæ regum requieſcit.

In Auſtrali parte Sacrarij.

ANna Regina vxor Richardi tertij, filia Richardi Neuilli Comitis Warwicenſis, obijt 1484. non ſine veneni ſuſpicione.

GValterus Wenlock Abbas Weſtmonaſterienſis in auſtrali parte menſæ Dominicæ.

ANna Cliuenſis ſoror Guilielmi Ducis Cliuenſium & Iuliacenſium quam Rex Henricus Octauus repudiauit, cum duceret Katharinam Howardam, obijt 1557. Sita eſt in ſepulchro nondum abſoluto ad caput Regis Seberti.

In

In medio Sacrarij ante Men- ſam Dominicam.

IOhannes Leeke Archiepiſcopus.

THomas Henley quondam Abbas Weſtmonaſt. à dextra parte Archiepiſcopi.

THomas Clyfford miles, præfectus Villæ Berwicenſis, qui duxit Luciam filiam Anthonij Brown militis.

RIchardus Sudbury Abbas quidam Weſtmonaſterienſis, à ſiniſtra Archiepiſcopi iacet.

RIchardus de *Ware* electus eſt Abbas Weſtmonaſt. & anno 1258. confirmatus eſt Romæ à pontifice, vnde adduxerat opifices, & lapides porphyriticos, Iaſpides & marmora de Thaſo. Quibus ornauit aream in Sacrario ante menſam Dominicam, in cuius Boreali parte ſepelitur. Obijt 1283. cùm præfuiſſet huic monaſterio, annos 23. Sub opere teſſellato cum hac inſcriptione:

Abbas Richardus de Wara qui requieſcit,
Hic portat lapides, quos huc portauit ab vrbe.

Ante menſam Dominicam pauimentum eſt egregio artificio teſſellatum è lapillis Ophiticis, Thaſijs, Porphyrijs &c. variegatum, & elaboratum cura Richardi de *Wara* Abbatis Weſtmon. anno ſalutis 1260. in quo circulis marmoreis æneis literis maiuſculis inſcribuntur hi verſus de mundi duratione:

Si lector poſita prudenter cuncta reuoluat,
Hic finem Primi Mobilis inueniet.
Sæpes trina, canes & equos, homines, ſuperaddas
Ceruos & cornos, aquilas immania cete,

In Capella Sancti Nicholai.

Mundi quodque ſequens pereuntis triplicat annos,
Sphæricus Archetypũ globus hic mõſtrat Macrocoſmum,
Chriſti milleno bis centeno duodeno
Cum ſexageno ſubductis quatuor anno,
Tertius Henricus Rex, Vrbs, Odericus, & Abbas,
Hos compegere Porphyreos lapides.

In Capella Sancti Nicholai.

PHilippa filia Domini Mohun primùm nupta Domino filio Walteri ſiue *Fitzwalter*, ſecundò Iohanni Golofre militi, tertiò Edwardo Plantagenet Duci Eboraci qui cecidit in prælio ad Agincourt, à dextra oſtij parte in ſepulchro ſaxeo cum imagine peplo induta conditur.

ANna Somerſetenſis coniux illuſt. iſſ. Principis Edwardi Ducis Somerſetenſis, filia præclari Equitis Edwardi Stanhop & ſuæ coniugis Elizabethæ filiæ Fulconis Bourchier Domini Fitzwarin: Obijt Kal. Maij 16. Die Paſchali anno 1587. & magnificentiſsimo ex alabaſtrite ſepulchro XXIIII pedes alto, affabrè ornato columnis è porphyro, Lydio &c. varijs ſignis cælato, & inaurato, & ſic inſcripto:

Inclyta conditur hic Anna Somerſetenſis Duciſſa, Chariſſima Coniux illuſtriſſimi principis Edwardi Ducis Somerſetenſis, Comitis Herfordiæ, Procomitis Bellicampi & Baronis Seymour, Garteriani ordinis Equeſtris celeberrimi ſodalis, Edwardi Sexti Regis auunculi & gubernatoris, eiuſque Regnorum, Dominiorum ac ſubditorum protectoris digniſſimi, exercituúmque præfecti, & locum tenentis Generalis, Theſaurarij, & Comitis Mariſcalli Angliæ, Gubernatoris & Capitanei inſularum de Garneſey & Ierſey ſub cuius proſpero auſpicio toties & tàm feliciter de

Scotis

Scotis Edinburgi, Lethæ, & Musselburgi prælio deuictis gloriosè triumphatur.

Heroina quidem natalium splendore illustrissima, vtpote filia præclari Equitis Edwardi Stanhoppe, & suæ coniugis Elizabethæ filiæ Fulconis Bourchier Domini Fitzwarini, à quo Bathoniæ Comites hodierni sunt orti. Filius verò is fuit Guilielmi Fitzwarini Baronis fratris germani Henrici Comitis Essexiæ, & Iohannis à Berneriys Dinastæ. Quos Guilielmus Oxinensis olim in Normannia Comes eorum genitor susceperat ex Anna filia & sola Hærede Thomæ de Woodstock Ducis Glouestriæ, junioris filij magni Regis Edwardi Tertij, & Aleonoræ consortis suæ cohæredis Humfredi decimi de Bohun, Comitis Herefordiæ, Essexiæ & Northamptoniæ, Constabularij Angliæ.

Pulchram marito numerosámq; vtriúsque sexus prolem enixa est, Edwardum scilicet Hertfordiæ Comitem, Henricum, alterum Edwardum, Annam Varwicensem Comitissam, Margaretam, Ianam, Mariam, Katharinam, & Elizabetham. Et ad fatalem maturæ senectutis horam cùm iam nonagenaria peruenisset, æterno numini spiritum firma in Christum fide placidè & suauiter reddidit, xvi. Kalend. Aprilis die paschali, Anno salutis 1587.

Edwardus filius Hertfordiæ Comes acerbo in officio sedulus, dulcissimæ parenti hoc monumentum non honoris ergô quo abundauit viua, & floresçit mortua, sed amoris causa pro munere extremo deuotissimè consecrauit.

FOY POVR DEVOIR.
DE DIEV ET DE ROY.

Here lieth intombed the Noble Ducheſſe of Somerſet Anne, deare ſpouſe vnto the renowmed Prince Edward Duke of Somerſet, Earle of Hertford, Vicount Beauchamp & Baron Seymour, companion of the moſt famous knightly

order of the Garter, vncle to King Edward the Sixt, Gouernour of his Royall person, and most worthy protectour of all his Realmes, Dominions and Subiects, Lieutenant Generall of all his armies, Treasurer and Earle Marshall of England, Gouernour and Captaine of the Isles of Garnesey and Iersey: vnder whose prosperous conduct glorious victorie hath beene so often and so fortunately obtained ouer the Scots vanquished at Edenborough, Leith, & Muscleborough field.

A Princesse descended of Noble Linage, being daughter to the worthie Knight Sir Edward Stanhoppe by Elizabeth his wife, that was daughter to Sir Foulke Bourghchier Lord Fitzwarin, from whom our moderne Earles of Bath are sprung: sonne was he to William Lord Fitzwarin that was brother to Henrie Earle of Essex, and Iohn Lord Berners, whom William their sire sometime Earle of Ewe in Normandie begat on Anne the sole heire of Thomas of Woodstocke Duke of Glouceſter yonger sonne to the mightie Prince King Edward the Third, and of his wife Alionore coheire vnto the Tenth Humfrey de Bohun that was Earle of Hereford, Essex, and Northampton, high Constable of England.

Many children bare this Ladie vnto her Lord of either sort, to wit, Edward Earle of Hertford, Henry, and a yonger Edward, Anne Counteſſe of Warwicke, Margaret, Iane, Marie, Katherine and Elizabeth: and with firme faith in Christ, and in most milde maner rendred she this life at ninetie yeeres of age, on Easter day the sixteenth of Aprill, Anno 1587.

The Earle of Hertford Edward her Eldest sonne in this dolefull duty careful and diligent, doth consecrate this monument to his deare parent, not for her honour wherewith liuing she did abound, and now departed flourisheth, but

but for the dutifull loue he beareth her : and for his laſt teſtification thereof.

DOmina Wenefreda Marchioniſſa Winceſtriæ è familia equeſtri de *Bruges* oriunda, quæ primùm enupta Richardo Sacuile Equiti aurato & Fiſci regij Cancellario peperit Thomam Dominum de Buckhurſt, & Dominam Dacre in Auſtro, liberóſque alios : deinde nupſit Ioanni Powllet Marchioni Wintoniæ, tandémque plena annorum vidua obijt 1586, & tegitur pulcherrimo ex alabaſtrite ſepulchro, cum his verſibus:

Hìc iacet in tumulo clariſſima fœmina, primùm
Fortunata bonis clariſque parentibus : illà
Sollicitè ætatem teneræ flexere puellæ
Ad ſtudium veræ virtutis, & optima facta,
Externo addentes internum lumen honori.
Pòſt adoleſcentis fœlicior extitit ætas :
Cùm matura, viro veteri de ſtemmate nupſit,
Qui genus à proauis longè ante trophæa Guilielmi
Normanáſque acies, patria de gente trahebat ;
Quocum iucundè tranſegit tempora vitæ,
Donec mors illum rapuit : poſt fata mariti
Mœſta diu vitam tenebris luctúque trahebat.
Sed melior tandem viduam fortuna reuiſit,
Nobilitate potens vbi Marchio amabilis illam
Connubio accepit firmo, propriámque dicauit :
At nunc ter fœlix tranſcendit ſpiritus aſtra,
Cumque ſuo regnat, coluit quem ante omnia, Chriſto.

ANna Comitiſſa Oxoniæ filia Gulielmi Cecilij Baronis de *Burghley*, cum matre Mildreda vnà ſepeliuntur in ſepulchro ex alabaſtrite magnificentiſsimè columnis è lapide

pide porphyritico, & Lydio in altitudinem xxiiij. pedum extructo. Quod Baro ille de *Burghley* summus Angliæ Thesaurarius cum his inscriptionibus posuit:

Si quæratur quis sit hic vir senex genua flectens, canitiæ venerabilis, toga Parliamentaria amictus, ordinis Garteriani eques, quæ etiam sunt illæ duæ fœminæ nobiles splendidè stolatæ, quique sint ad earum capita & pedes genibus nixi, ex sequenti sermone senis & ex inscriptionibus cuique subiectis hæc omnia intelliget.

Illa cuius imago est infima fuit, heu fuit, mea Mildreda vxor longè charissima, altera mea fuit Anna mea filia dilectissima. Mildreda verò vxor mea ab an. Dom. 1546, vixit mecum perpetuò ad annos 43 coniunctissimè, fuit q; particeps omnium fortunarum mearum temporibus & secundis & aduersis regnantibus Regibus Henrico Octauo, Edwardo Sexto, Reginísque Maria, & Elizabetha iam fœlicia sceptra tenente; peperítque mihi multos liberos, sed ad maturam ætatem tantùm tres peruenerunt, nempe duæ filiæ Anna & Elizabetha, ac filius vnus Robertus: Anna autem filia mea semper fuit mihi in deliciis, atque in matrimonium data Edwardo Veero illustriss. Comiti Oxoniæ, Domino magno Camerario Angliæ, ex eóque fit Comitissa Oxon. peperítque viro suo præter aliquot liberos non diu superstites, filias tres adhuc viuas quarum imagines visuntur genua flectentes, ad caput matris: prior est Domina Elizabetha, secunda est Domina Brigitta, tertia Domina Susanna. Vixit ista mea filia Anna à teneris annis multa cum laude semper apud omnes, tum in aula, tum domi, tam virgo valdè pia & pudica, quàm vxor verè casta suo viro: tandem magno mœrore meo ac matris nobis præcepta, spiritúmque reddidit Deo qui illum dedit. Cuius corpus & animam pòst Deo redditam, ego & vxor mea

multis

multis cum lachrimis, sub hac mole lapidea reponi curauimus. Non multò autem pòst sequitur mater filiam: de qua quanquam nunquam sine lachrimis scriò cogito, aliqua tamen occurrunt quæ mærorem meum paululùm lenire videntur, nempè cùm in memoriam repeto, quomodo per totam vitam suam versata sit in sacrarum literarum & sanctorum virorum scriptis, ijsque maximè Græcis, vt Basilij Magni, Chrysostomi, Gregor. Nazianzeni ac aliorum similium. Maximè autem me consolatur (quod quidem iam post mortem omnibus magis patet quàm cum viueret) recordari quanta beneficia secretò in doctos quamásque eleemosinas in pauperes contulerit.

Quomodo etiam collegia in vtrisque Academijs donarijs ornauerit, ad sustentationem Scholarium redditibus perpetuis præsertim in Collegio Diui Io. Euang. Cantab. dotauerit, de egenis etiam fouendis in Villis Rumfordiæ vnde ortum familiæ habuit; et Chestoniæ vbi ædes nostræ sitæ sunt, curam magnam habuit. Ita vt singulis primis Sabbatis omnium mensium, & commeatus, & pecuniam perpetuò pauperibus, maximéque viduis & Orphanis Chestoniæ degentibus, & ad frequentes conciones verbi Dei sibi habendas distribui curauerit; ac in vtrisque eisdem villis pauperibus mechanicis perpetuis temporibus singulis biennijs pecuniarum bonam summam vtendam distribui ordinauerit. Post ista autem multaque alia eius generis præstita officia & Deo & patriæ, mihique coniugi ac liberis suis, doctisque & pauperibus, sponte in anno suo climaterico videlicet 63. spiritum reddidit Deo, quarto Aprilis, anno 1589. cuius corpus ego maritus & pater adiungendum duxi corpori filiæ nostræ Annæ, paulò antè isto lapide repositæ, vt coniunctè reseruarentur ad spem resurrectionis. Ecce adhuc quatuor alios viuentes, Robertum meum vnicum ex Mildreda filium ad pedes matris, ac tres alias vir-

gines Dominam Elizabetham, D. Brigittam, ac D. Susannam Annæ meæ tres filias ad capita matris & Auiæ genibus incumbentes. Sed quò pergo? finem & loquendi & plorandi faciam. Solúmque hoc affirmo spectaculum hoc mihi tam plenum esse doloris, vt quanquam aliquam mixtam consolationem offerant hi relicti mihi optimæ spei dulces liberi, tamen neque hi quatuor mihi valde chari, neque dilectus filius meus maior natu Tho. Cecilius Eques auratus, neq; omnes qui ex eo prognati sunt ac iam viuunt nepotes ac neptes numero vndecim (cui etiam iungo puerulum suauem Guilielmum Paulet Luciæ Ceciliæ neptis meæ filium ex Guil. Paulet Marchionis Winton. filio ac harede) vnquam dolorem meum huic spectaculo adhærentem deleturi sunt.

Hîc infra meis oculis lachrimis suffusis animóque maximo mœrore oppresso, apparent imagines duarum illustrium fœminarum, quæ dum vixerant, fuerunt mihi supra omne genus humanum longè charissimæ.

Anna Comitissa Oxon. filia Guilielmi Cecilij Baronis de Burghley nata est quinto Decembris, anno Dom. 1556. vxor fuit Edwardi Veri illustrissimi Comitis Oxon. anno ætatis suæ 15. ex cuius connubio mater fuit plurium liberorum. Sed reliquit tantùm tres filias virgines superstites, Dominam Elizabetham Vere, ætate iam 14. Dominam Brigittam Vere ætate 5. annorum, tertiam infantulam Dominam Susannam. Vixit hæc Anna virgo semper pudica & casta vxor erga virum in amando virè constans, filia in parentes per omnia obsequens, in colendo Deo valdè diligens & deuota, febri ardenti correpta certa spe regni cœlestis spiritum vltimum cum anima ardentissimis precibus

Deo

Deo vt creatori & redemptori suo reddidit quinto Iunij, anno Dom. 1588. in Palatio Reginæ Elizabethæ Grenwici.

Robertus Cecilius, filius Guilielmi Domini de Burghley & Mildredæ Dominæ de Burgh. natus est primo Iunij an. Dom. 1563. parùm ante matris obitum ambiebat conscia matre nobilem Virginem Dominam Elizabetham Brooke in priuato cubiculo Reginæ inseruientem, filiam præclari Baronis regni W. Dom. de Cobham, eamq; post mortem matris consensu patris in vxorem duxit vltimo Augusti anno Dom. 1589. memoriam hic colit magno cum dolore pijssimæ matris & charissimæ sororis, agnoscitque patrem iam grandæuum, omni obsequio sibi charissimum, in quo si permanebit dies sui prolongentur super terram quam Dominus Deus dabit sibi.

Mildreda primogenita filia Nobilis Dom. Anton. Coci Equitis aurati, viri pij & insigniter docti omniúmque literatorum Mæcenatis optimi, matrem habuit Dominam Annam filiam Domini Guilielm. Fitzwilliams Equitis aurati, vtroque parente propter eorum antiqua stemmata è multis familijs magnatum huius regni deducta, clara & nobilis; sed propter eruditionem coniunctam cum constanti Christianæ Religionis professione, & Latinè & Græcè linguarum singularem cognitionem quam solummodò à patre docente accepit non minùs clara, & ab omnibus doctis eximiè laudata. Vxor anno ætatis suæ 20. fit Domini Guilielmi Cecilij Domini de Burghley, posteaque ratione viri titulo Baronis regni nobilitati facta est Baronissa de Burghley, multos ei peperit liberos, sed tres tantùm qui ad ætatem adultam peruenerunt: nimirum Annam, Robertum, & Elizabetham.

Anna coniuncta fuit connubio Ed. Comiti Oxoniæ vt hic supra patet: Robertus iam viuit, hîc ad pedes matris ac

ſororis genibus flexis: Elizabetha moritur ſtatim à morte viri ſui Guilielmi Wentworthi primogeniti filij Tho. Domini Wentworth ſicut ſupra à patre commemoratur. Iſta pia D. Burghleia vixit ad ætatem ſexaginta trium annorum, multaque teſtimonia reliquit pietatis in Deum, charitatis in doctos & pauperes quæ dum vixerat, celauit ſub aliorum virorum bonorum nominibus, quæ tamen coram Deo fuerunt tum cognita, etiam poſt vitam ſine vllo dubio in cœlis ſibi certò repoſita. Obijt verò ſupremum diem quarto die menſis Aprilis, Anno 1589 in ædibus viri ſui Dom. Burghleij Weſtmonaſterij.

Domina Elizabetha Vere, filia illuſtriſſima Comitis Edwardi Oxon. & Annæ vxoris filiæ Domini de Burghley, nata 22. Iunij anno 1575. agítque annum 14. & dolet grauitèr & non ſine cauſa ob amiſſam auiam & matrem, ſed conſolatur quòd ſereniſſima Regina eam habet in cubiculo priuato ſeruientem. Dom. Brigitta ſecunda filia dicti Comitis Oxon. & Annæ, nata ſexto Aprilis, an. 1584. & quanquam vix exceſſit annum quartum cùm matris corpus in ſepulchrum reponeretur, tamen non abſque lachrimis agnouit ereptam matrem & paulo pòſt auiam. Verùm non eſt relicta Orphana cùm habeat patrem viuentem & auum chariſſimum tutorem maximè ſollicitum. Domina Suſanna tertia filia, nata 26. Maij anno 1587. quæ per ætatem non potuit agnoſcere aut auiam aut matrem. Verùm ſolùm iam agnoſcit auum chariſſimum qui omnium harum curam habet, ita vt nec pia educatione, nec congrua viuendi ratione deſtituantur.

COR VNVM: VIA VNA.

Honoratiſsimus & clariſsimus Dominus Guilielmus Cecilius, Baro de *Burghley*, ſummus Angliæ Theſaurarius, Sereniſsimæ Reginæ Elizabethæ à

consilijs sanctioribus, Ordinis Georgiani Eques auratus, &c. qui hoc monumentum vxori & filiæ posuit, placidè ex his terris in cœlestem patriam anno salutis 1598. 4. die Augusti demigrauit. Cuius exequiæ magno apparatu & tanto viro dignissimo hîc sunt celebratæ die 29. eiusdem mensis. Corpúsque quod in hac Ecclesia sex dies requieuit, Stanfordiam in Ecclesiam S. Martini translatum fuit, vbi secundum Christi aduentum expectat.

ELizabetha Cecilia filia Guilielmi Brook Baronis Cobham, vxor charissima Roberti Cecilij Equitis aurati, Serenissimæ Reginæ Elizabethæ à secretis, iacet ad ostium huius capellæ in sepulchro nitidissimo ex Lydio & Alabastrite cum hoc Dialogismo: 1591.

Vxor.

Reginæ à Cameris, Baronis filia, chari
Fida Equitis coniux Elizabetha fui:
Vnus amor nobis, vna indiuulsa voluntas,
Cor vnum, vna fides inuiolata fuit:
Ille mei si quando potest deponere curam,
Ille potest animæ non memor esse suæ.

Maritus.

Si lachrimis constaret amor (charissima coniux)
Prosequerer lachrimis funera sæpe tua.
Nam mihi quàm fueris redamata, tuum pia sponsa
Testatur meritum, conscius ipse mihi:
Sed nec amor patitur socia regnante dolere,
Et Christi maior te sibi strinxit amor.
Ergo tuo dilecta bono cum pace fruare,
Spero mihi tecum portio pacis erit.

In Capella Sancti Nicholai.

A Brooke by name the Baron Cobhams childe,
A Newton was ſhe by her mothers ſide:
Cecill her husband this for her did builde,
To proue his loue did after death abide.
Which tels vnto the worlds that after come,
The worlds conceipt whilſt here ſhe held a rome.

How nature made her wiſe and well beſeeming;
Wit and condition, ſilent, true and chaſt:
Her vertues rare wanne her much eſteeming,
In court with Soueraigne ſtill with fauour grac'ſt.
Earth could not yeeld more pleaſing earthly bliſſe,
Bleſt with two babes, the third brought her to this.

AD occiduum etiam latus huius capellæ Elizabetha filia & hæres vnica Edwardi Mannours Comitis Rutlandiæ ex Iſabella filia Thomæ Holcroft Militis in monumento è ſaxo ſolido conditur, cui imponitur eius effigies ſingulari artificio exſculpta. Quod Guiliel. Cecilius maritus, nepos Guil. Cecilij Baronis Burghley è filio natu maximo Thoma Cecilio, chariſsimæ coniugi mæſtiſsimus poſuit.

HVmfridus Stanley Miles ex ea familia, qua Comites Derbiæ, oriundus. Obijt anno 1505. Situs eſt ſub lapide marmoreo à ſiniſtra altaris cum his lineis:

Hîc iacet Humfridus Stanley, miles procorpore excellentiſſimi Principis Henrici Septimi Regis Angliæ, qui obijt 22. die Martij Anno Dom. 1505. Cuius animæ propitietur Deus. Amen.

Guilielmus

In Capella Sancti Edmundi.

GVilielmus Sutton, alias Dudley Episcopus Dunelmensis electus, filius Iohannis Baronis de Dudley, iacet iuxta murum ad austrum in tumulo marmoreo.

NIcholaus Baro de Carew conditur in tumba marmorea ad eundem murum, sed orientem versus.

Orate pro animabus Nicholai Baronis quondam de Carew, & Dominæ Margaretæ vxoris eius, filiæ Iohannis Domini Dinham militis, qui quidem Nicholaus obijt sexto die Mensis Decembris, Anno Dom. 1470. *Et prædicta Domina Margareta obijt* 13. *die mensis Decembris Anno,* 1470.

In Capella Sancti Edmundi.

GVilielmus de Windesor filius Regis Edwardi 3. sic dictus, quòd Windesoræ natus erat, cum sorore suâ Blanchia de la *Toure* dicta, quòd eam in arce Londinensi mater peperit, sub tumulo marmoreo simul siti sunt.

IOhannes de Eltham Comes Cornubiæ filius secundus Regis Edwardi 11. ex Isabella filia Philippi Pulchri Regis Franciæ. Eius sepulchrum ex lapide alabastrino ad sinistram ostij visitur sine inscriptione.

FRanciſca Ducissa Suffolciæ, filia Caroli Brādoni Ducis Suffolciæ & Mariæ Reginæ Franciæ filiæ Regis Henrici septimi. Primùm desponsata fuit Henrico Grey Marchioni Dorcestriæ, qui ab Edwar. VI. creatus erat Dux Suffolciæ. Secundò nupsit Adriano Stokes Armigero qui defunctæ Alabastrinum tumulum erexit, anno 1563.

Nil

In Capella Sancti Edmundi.

Nil decus aut ſplendor, nil regia nomina proſunt,
Splendida diuitijs nil iuuat ampla domus.
Omnia fluxerunt, virtutis ſola remanſit
Gloria, Tartareis non abolenda rogis.
Nupta Duci priùs eſt, vxor pòſt Armigeri Stokes,
Funere nunc valeas conſociata Deo.

Heere lieth the lady Frauncis, Dutches of Suffolke, daughter to charles Brandon Duke of Suffolke, & Marie the French Queene, firſt wife to Henry Duke of Suffolke and after to Adrian Stokes Eſquier.

Maria Grey eiuſdem Duciſſæ filia, iuxtà iacet. Obijt 1578.

GVilielmus de Valentia Pictauenſis Comes Pembrochiæ, filius Hugonis *Le Brune* Comitis Marchiæ ex Iſabella vidua Iohannis Regis Angliæ. Hunc Henricus Tertius ad ſummos honores euexit, quòd frater ſibi eſſet vterinus: cùmque Iohannam filiam Guarini de Monte Caniſio, ſiue Montechenſey duxiſſet, creatus erat Comes Pembrochiæ. Obijt 1304. Huius ſepulchrum ad dextram oſtij multis clypeis condecoratum, æneiſque laminis obtectum hos habet verſus interiore margine inſcriptos:

Anglia tota dolet, moritur quia regia proles
Qua florere ſoles, quem continet infima moles
Guilielmus nomen inſigne Valentia præbet,
Celſum cognomen, nam tale dari ſibi debet.
Qui valuit validus, vincens virtute valore,
Et placuit placidus ſenſus morúmque vigore,
Dapſilis & habilis in motus, prælia ſectans,
Vtilis, ac humilis, deuotus, præmia ſpectans.

Milleque

In Capella Sancti Edmundi.

Milleque trecentis, cum quatuor inde retentis,
In Maÿ mense hunc mors proprio ferit ense.
Quiq; legis hæc repete quàm sit via plena timore,
Meque lege te moriturum, & inscius horæ.
O clemens Christi, cœlos intret precor iste,
Nil videat triste, quia prætulit omnibus hisce.

DOminus Iohannes Russell, filius & hæres Francisci Comitis Bedfordiæ, obijt 1584. iacet in toga Parliamentaria in tumulo alabastrino vario marmoris genere perpolito, cum filio quem suscepit ex Domina Elisabetha filia Antonij Coci Militis, vidua Thom. Hoby Militis, quæ etiam illi duas filias superstites peperit. Illiúsque memoriæ hoc monumentum & carmina dicauit:

Carmina ærumnosæ matris in superstites filias.

Plangite nunc natæ, nunc flebile fundite carmen,
Occidit heu vestræ gloria sola domus.
Mors rapit immitis florentem stemmate claro,
Præsignem literis, tum pietate patrem.
Hæredi Comitis quin vos succrescite, tali
Ortu qui nituit sed bonitate magis.

Νὺν ψυχῆς γλυκύτερπνον ἐμῆς οἴκε τε φαιενὸν,
Πάτριδος ἥδε πόθον τῇδε κέκευθε κόνις.
Φεῦ μὴν οἱ ξυραὶ χήρη κοῦραι τε θύγατρες,
Τερπωλὴν ζωῆς αἷς σπειρὶλε θανὼν
Ἐυσεβίης ἕνεκα πλὴν ὄλβον σέμνος ἐπαυρεῖ
Ὀυρανίου μετόχους συγγενέας καλεῶν.

Eiusdem in eundem Latinè.

Mens mea crudeli laniatur saucia morsu,
Cùm subit oblatæ mortis imago tuæ.

In Capella Sancti Edmundi.

Vere nouo hæres Comitis tu floris ad instar,
Vsque cadens miseras, meque meásque facis.
Quippe decor vultus, lingua, morésque probati,
Tum doctrina perit, sed viget alma fides.

Carmina ærumnosæ matris Dominæ Elizabethæ Russ. in obitum filij.

En solamen aui, patris per grata voluptas,
Ipsa medulla mihi, tristia fata tulit:
O vtinam mater iacuissem lumine cassa
Soluisset que prior iusta suprema mihi.
Conquerer at frustra, statuit quia numen id ipsum,
Orba vt terrenis sola superna petam.

IN ALTO REQVIES.

Quod licuit feci, vellem mihi plura licere.

In obitum honoratissimi viri Domini Iohannis Russelli, soceri sui charissimi Ed. Hobij Militis Epicedion.

Mors (Russelle) tibi somno suffudit ocellos,
Mens tamen in cœlis nescia mortis agit.
Qui vitam sanctam meliori fine peregit
Viuit, & euicta morte superstes erit.
Quis, qualis, quantus fueris tua stemmata monstrant,
Integra vita docet, mórsque dolenda probat:
Sat sit priuigno posuisse hæc carmina pauca;
Tu sibi mente parens, filius ille tibi.

Right noble twise by vertue and by birth,
Of heauen lou'd, and honour'd on the earth;

His

In Capella Sancti Edmundi.

His Countries hope, his kindreds chiefe delight,
My husband deare more than this worlds light
Death hath me reft: but I from death will take
His memory to whom this tombe I make.
Iohn was his name, (ah, was) wretch muſt I ſay
Lord Ruſſell once, now my tear-thirſtie clay.

DOminus Franciſcus eiuſdem Iohannis filius & hæres, obijt 1580, 28 Februarij.

ELizabetha Ruſſell. filia eiuſdem Iohannis, obijt 1600, 2. Iulij, in cuius memoriam erecta columna cum imagine & inſcriptione:

DORMIT, NON MORTVA EST.

ALeonora filia & vna hæredum vltimi Humfredi de Bohun Comitis Herefordiæ, Eſſexiæ, &c. Coneſtabiliſque Angliæ, quæ nupta fuit Thomæ de *Woodſtocke* Duci Gloceſtriæ & filio Regis Edwardi tertij, ex quo ſuſcepit prolem maſculam quæ prima ætate obijt, & Annam filiam quæ prima vxor fuit Edwardi Comitis Stafford & eo mortuo Gulielmi Bourchier militis, ex hac Anna & Staffordi Duces Buckinghamiæ, & Bourcherij Comites Eſſexiæ ſunt procreati. Obijt an. 1399. Iacet in media capella in ſepulchro marmoreo ære adornato cum hac Gallica inſcriptione:

Cy giſt Aleonore de Bohun eiſne fille & vn des heirs l'honnrable ſeignour monſ: Humfrey de Bohun Counte de Hereford, d' Eſſex & de Northampton & Coneſtable d' Engleterre, Femme a puiſſant & noble Prince Thomas de Woodſtock fitz a treſexcellent & trepuiſſant ſeignour Edward Roi d' Engleterre puis le conqueſt tierz, Duc de Glouceſtre, Counte d' Eſſexie &

de Buckingham & Coneſtable d'Engleterre que morust le tirz iour d' Octobr. l' an du grace 1399. de gi aiſme Dieux face mercy. Amen.

ROBertus de Walby qui primùm Epiſcopus erat Dunelmenſis, inde Ciceſtrenſis, & poſteà Archiepiſcopus Eboracenſis. Situs eſt ad dextram Æleonoræ Duciſſæ Glouceſtriæ. Obijt 1309.

Hic fuit expertus in quouis iure Robertus
De Walbye dictus, nunc eſt ſub marmore ſtructus;
Sacræ Scripturæ Doctor fuit, & genituræ,
Ingenuus medicus & plebis ———

Præſul Aduren. poſthac Archos Dublinen.
Hinc Ciceſtren. tandem primas Eboren.
Quarto K. Ianu. migrauit curſibus anni,
Sepultus milleni ter C. nonies quoque deni.
Vos precor orate, quòd ſint ſibi dona beatæ
Cum ſanctis vitæ requieſcat & hic ſine lite.

HVmfredus Bourchier Dominus Cromwell, filius Henrici Bourchier Comitis Eſſexiæ ex filia Richardi Comitis Cantabrigiæ, cecidit in prælio apud Barnet inter Henricum Sextum, & Edwardum Quartum, anno 1471. Iacet ad caput Roberti Archiepiſcopi Eboracenſis.

Hic pugil ecce iacens Bernet fera bella cupiſcens,
Certat vt Æacides, ſit ſaucius vndique miles,
Vi cecidit vulnus, Mars porrigit arma cruore,
Sparſim tincta rubent, dolor en lachrimabilis hora,
Lùmine nempè cadit, quo Chriſtus morte reſurgit,
Bourchier Humfridus clara propagine dictus.
Edwardi Regis qui tertius eſt vocitatus,

Iohn.

Iohn. Domini Barners proles, & paruulus hæres,
Quartus & Edwardus belli tenet ecce triumphum,
Quo perit Humfridus, vt regis vernula verus
Cyronomon mensæ sponsæ Regis fuit iste,
Elisabeth sibi sic sua virtus crescit honore.
Armis conspicuus quondam charúsque Britannis
Hic fuit: vt cœlis viuat deposcite votis.

HVmfridus Bourchier, filius & hæres Iohannis Bourchier Domini Berners, duxit filiam & hæredem Frederici Tylney, & occisus in prælio ad Barnet quiescit iuxta Guilielmum Valence Seniorem, obijt 1471.

IAna Seymur filia Edwardi Seymur Ducis Somersetí, obijt anno 1560. habétque has inscriptiones:

Ingenio præstans, & vultu Iana decoro
Nobilis arte fuit vocis, & arte manus,
Hinc Venus & Pallas certant vtra debet habere,
Vult Venus esse suam, Pallas & esse suam:
Mors fera virgineo figens in pectore telum
Neutrius (inquit) erit, sed mihi præda iacet.
Corpore Iana iacet, tellurem terra subibit,
Sed pius in cœli spiritus arce sedet.

The noble Lady Iane Seymour daughter to the renowmed Prince Edward Duke of Somerset, Earle of Hertford, Vicount Beauchampe, Baron Seymour, and to the right noble Lady Anne Ducheſſe of Somerset his wife, departed this life in her virginity at the age of 19 yeeres, the 19 of March, Anno 1560, in the second yeere of the most happy raigne of Queene Elizabeth, and was honourably buried in the floore of this Chapell, to whose memory Edward Earle of Hertford, and Baron Beau-

champe her deare brother, hath cauſed this monument to be made.

KAtharina Domina Knowles, vxor Franciſci Knowles Militis, & ſoror Henrici Cary Domini Hunſdon. Obijt 1568, Ian. 15, habet monumentum muro affixum, cum his verſibus & inſcriptionibus:

Quæ Franciſce fuit tibi coniux en Katharina,
Mortua ſub gelido marmore Knolle iacet.
Excidet ex animo tibi mortua, ſat ſcio nunquam,
Viua tibi viuo ſemper amata fuit.
Illa tibi proles ſex & bis quinque marito
Protulit, æqualis fœmina máſque fuit.
Hæc tecum multos vtinam vixiſſet in annos,
Et tua nunc coniux facta fuiſſet anus.
Noluit at Deus, hoc voluit ſed ſponſa marîtum
In cœlis maneas, ô Katherina, tuum.

The right honourable Ladie Katherine Knowles, chiefe Ladie of the Queenes Maieſties bedchamber, and wife to Sir Francis Knowles Knight, Treaſurer of her Highneſſe houſhold, departed this life the fifteenth of Ianuarie, 1568. at Hampton court, and was honourably buried in the floore of this Chappell. This Lady Knowles and the Lord Hunſdon her brother, were the children of William Carey Eſquier, and of the Lady Marie his wife, one of the daughters and heires to Thomas Bullen Earle of Wiltſhire and Ormond, which Lady Marie was ſiſter to Anne Queene of England, wife to King Henrie the Eight, father and mother to Elizabeth Queene of England.

Bernardus

In Capella Sancti Edmundi.

BErnardus Brocas Miles, & à Camera Annæ Reginæ vxoris Richardi Secundi, iacet ſub muro verſus auſtrum inter columnas: effigies eius armata ex ſaxo imponitur.

Hic iacet Bernardus Brocas Miles. T.T. quondam Camerarius Annæ Reginæ Angliæ, cuius animæ propitietur Deus. Amen.

RIchardus Peckſall miles præfectus canibus venatorijs Regis quos *Buckhounds* vocamus; in alabaſtrino tumulo cum varijs columnis eleganter picto, & inaurato, cum hac Epigraphe:

DEO ET POSTERIS.

Glorioſam in Chriſto reſurrectionem hic expectat Richardus Peckſall Eques auratus, prudentia & probitate clariſſimus. Qui primò duxit AEleonoram filiam Guilielmi Pawlet Marchionis Wintoniæ & ſummi Angliæ Theſaurarij quæ illi quatuor filias peperit: poſteà AEleonoram, filiam I. Cotgraue, quæ Iohanni Sauage Equiti aurato de Comitatu Ceſtriæ renupta, coniugi chariſſimo officioſæ pietatis ergò in perpetuam fidei coniugalis memoriam hoc monumentum ſuis ſumptibus libens lubenſque poſuit.

Naſcendo morimur, vita altera morte paratur.

Non mors ſeiungat, quos Chriſtus iunxit amore.

Amplior in cœlo domus eſt, ne crede caducis.

Vt viuas, vitæ ſit tibi cura tuæ.

Quidquid pat immortale genus.
Quidquid facimus, venit ex alto.

Georgius

In Capella Sancti Benedicti.

GEorgius Bridimanus cuſtos Regiarum ædium Weſtmonaſterij, obijt 1580. 30. Iulij. Vxor eius obijt, 7. Nouembris, 1590.

MArgareta filia Henrici Clifford Comitis Cumbriæ, vxor Henrici Comitis Derbiæ iacet in hoc ſacello. Obijt 1596. & nullo tumulo honoratur.

In ſpatio interiecto inter Capellam Sancti Edmundi & Sancti Benedicti ſiti ſunt tres filij Edwardi primi cum filia, quos ſuſcepit ex Æleonora filia Ferdinandi 3. Regis Caſtiliæ, vid. Iohannes, Henricus, Alphonſus & Æleonora. Hic Alphonſus 1323 è Wallia rediens, aureolam quæ fuerat Leolini Principis Walliæ cum alijs gazis obtulit, quibus Sancti Edwardi feretrum ornabatur, & anno proximè ſequenti obijt. Walſingh. fol. 272. Oſſa item Richardi, Ioannis & Katherinæ filiarum Hen. 3. ibi conſepeliuntur.

In Capella Sancti Benedicti.

FRanciſca Comitiſſa Hertfordiæ, &c. ad orientalem huius capellæ partem ſepulchro xxvi. pedes alto, ſplendidiſsimo ex alabaſtrite cum columnis porphyreis, marmoreis, & Pyramidibus ex lapide Lydio, pulcherrimè depicto & inaurato, & his inſcriptionis ſepelitur:

DEO OPTIMO MAXIMO ET MEMORIAE SACRVM.

Sub hoc tumulo in Chriſto obdormit honoratiſsima Franciſca Comitiſſa Hertfordiæ, vxor chariſsimi & nobiliſsimi Edw. Comitis Hertfordiæ, Baronis de Bellocampo, filij illuſtriſsimi Principis Edwardi Ducis Somerſet, Comitis Hertfordiæ, Vicecomitis de Bello-campo, & Baronis Seymour.

Heroina

In Capella Sancti Benedicti.

Heroina amplissima familia nata, filia vtiq; clarissimi Guilielmi Baronis Howard de Effingham, prænobilissimi Ordinis Garteriani sodalis, summi Angliæ Admiralij regnante Maria, Camerarij Regij hostitij & primati Sigilli custodis regnante Elizabetha, filius ille fuit illustrissimi Principis Thomæ Ducis Norf. Comitis Surriæ, Comitis Mareſcalli Angliæ, patérque honoratissimi Caroli Comitis Nottinghamiæ Baronis Howard de Effingham, Garteriani Ordinis sodalis, & summi Angliæ Admiralij.

Clarissima hæc Domina omnibus virtutibus animi corporisque dotibus ornatissima, quibus serenissimæ Reginæ singularem fauorem & charissimi mariti summum amorem consequuta est: graui & diuturno morbo confecta, firma in Christo fide, & inuicta animi patientia in cælestem patriam demigrauit cùm vixisset annos XLIIII. *Die* XIIII. *Maij, anno salutis* 1598. *& 40 anno felicissimi regni serenissimæ Reginæ Elizabethæ. Ad cuius perpetuam memoriam in fidei coniugalis, syncerissimi amoris, & officiosæ pietatis testimonium mæstissimus maritus Edwardus Comes Hertfordiæ, &c. Hoc monumentum multis cum lachrimis posuit & consecrauit.*

FOY POVR DEVOIR. DESIR N'A REPOS.

Heere lieth intombed the Noble Francis Counteſſe of Hertford deare ſpouſe vnto the Noble Edward Earle of Hertford, & Baron Beauchampe, ſonne of the renowmed Prince Edward Duke of Somerſet Earle of Hertford, Vicount Beauchampe, and Baron Seymour.

A Ladie deſcended of right noble linage, being daughter of the Noble Lord William Baron Howard of Effingham, companion of the moſt famous order of the Garter,

High Admirall to Queene Mary, and Lord chamberlaine of the Houſhold, and Lord priuie Seale to Queene Elizabeth. Sonne was he to the right Noble Pince Thomas Duke of Norfolke and Earle of Surrey, Earle Marſhall of England, and father to the Noble Charles Earle of Nottingham, and Baron Howard of effingham, of the ſaid moſt noble Order of the Garter Knight, and Lord High Admirall of England.

This Lady highly renowmed for her many vertuous gifts and graces both of minde and bodie, greatly fauoured by her gracious Soueraigne, & deerly beloued of her Lord: after long ſickneſſe in firme faith in Chriſt and conſtant patience departed this life at 44. yeeres of age, the 24. day of May, anno 1598. in the 40. yeere of the moſt happie raigne of our moſt gracious Soueraigne Lady Queene Elizabeth.

To whoſe memory the ſaid Earle her louing Lord and husband much lamenting her death, in teſtification of his great loue towards her, and of his carefull diligence in this doleſull duety, doth conſecrate this Monument.

SImon Langham ex Priore creatus Abbas Weſtmonaſterienſis, poſtea Epiſcopus Londinenſis, & Anno 1362 in Elienſem Epiſcopum conſecratus, deinde in Archiepiſcopum Cantuar. Poſtea in Cardinalem tituli S. Sexti, & Epiſcopum Prænestinum, Cancellarius item, & Theſaurarius erat Angliæ. Exonerauit Eccleſiam Weſtmonaſterij, de 2200. marc. quas Conuentus mercatoribus quibuſdam debebat. Dedit ad fabricam Nauis Eccleſiæ Weſtmonaſter. 400. libras, libros item qui æſtimati ſunt ad 830. libr. Veſtimenta ad 437. libr. Vaſa etiam quæ valebant 269. libr. & omnia etiam quæ ei debebantur Eccleſiæ Weſtmonaſt. legauit n. 3954. libr. Obijt Auenioni in Gallia Narbonenſi, & ibidem in domo Carthuſienſi quam erexerat ſepultus, & poſtea eius oſſa tranſlata ſunt Weſt-

Weſtmonaſterium, & iuxta altare S. Benedicti in pulchro ex alabaſtrite tumulo, cum effigie pontificalibus ornata.

GVilielmus Bill Doctor Theologiæ, Decanus primus Eccleſiæ Collegiatæ Weſtmon. Magiſter Collegij Trinitatis Cantabrigiæ, Præſes Collegij Ætonenſis, & Reginæ Elizabethæ ſummus Eleemoſinarius, vir optimè meritus de hoc Collegio. Contulit enim vaſa quædam argentea & 20. periſtromata ad lectos regijs ibidem alumnis. Obijt 15. Iulij anno 1561. Requieſcit in ſepulchro marmoreo cum hoc epitaphio:

Billus & ipſe bonus fuit & virtutis amator,
Et coluit doctos, doctus & ipſe fuit.
Officij cuſtos erat atque magiſter honeſti,
Et bene perfecit multa loquendo parum.
Patria prudentem, fidum Regina miniſtrum
Perdidit, & patrem pauper abiſſe gemit.
Et tria tale caput Collegia mæſta reliquit,
Quale diu rurſus non habitura reor.
Aut ego dilexi nimium, dum viueret, illum;
Aut patriæ magno concidit ipſe malo.

GAbriell Goodman, Decanus huius Collegiatæ Eccleſiæ Weſtmon. Doctor Theolog. &c. 3. obdormiuit in domino 17. Iunij 1601. cui poſita eſt in muro ſacelli ſtatua genibus flexis cum hac inſcriptione:

Gabriell Goodman ſacræ Theologiæ doctor, Decanus huius Eccleſiæ quintus: cui cùm ſumma laude quadraginta annos præfuiſſet, & Ruthiniæ in Comitatu Denbighenſi vbi natus hoſpitale fundaſſet, Scholámque inſtituiſſet, vitæ ſanctimonia deo bonisque charus, in cæleſtem patriam piè emigrauit xvij Iunij. Anno ſalutis 1601.

In Capella Sancti Pauli.

LOdouicus Robſert ex Hannonia ortus, Regis Henrici Quinti vexillifer, duxit Elizabetham filiam & hæredem Barth. Bourchier, quæ vnà ſecum conſepulta iacet in ſepulchro è ſaxo varijs nobilium Angliæ & Hannoniæ armis ornato.

L'onnour a dieu, a nous merci.

Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.

LEARNE TO DIE TO LIVE EVER.

Michael Epiſcopus Aſaphenſis ibidem ſitus.

ÆGidius Daubney vir ſummæ authoritatis apud Henricum Septimum, cui erat à cubiculis. Conditur cum vxore Eliz. è familia Arundelliorum in Cornubia, in media Capella ſepulchro alabaſtrino.

Heere lieth buried within this tombe Sir Gyles Daubney Knight, Lord Lieutenant of Calis, Lord Chamberlaine vnto the Noble King Henrie the Seuenth: the which Gyles died the 22. day of May in the yeere of our Lord God, 1507. *And dame Elizabeth his wife, the which died in the yeere of our Lord God* 1500. *On whoſe ſoules Ieſus haue mercy. Amen.*

CArolus de *Granado* Hiſpanus, vir ſummo loco inter ſuos natus, erectus in muro Boreali huius Capellæ.

ELizabetha Comitiſſa Ormondiæ, filia Thomæ Domini Barkley. Obijt, 1582. 1. Septembris.

IVicecomes Thurles, filiolus Thomæ Comitis Ormondiæ è filia Ioannis Domini Sheffeld.

THomas Bromley miles, Magnus Angliæ Cancellarius vir Municipalis iuris peritiſsimus, qui obijt 1587. Iacet

cet in ſepulchro alabaſtrino cum columnis è marmore & Lydio, ſic inſcripto:

Conſilio, pietate, ac Iuris prudentia inſignis Thomas Bromley Miles à Sereniſſima Elizabetha Angliæ Regina in ſecretius conſilium, ac ſummum Cancellariæ munus aſcitus, cùm octo annos ſingulari fide, animi moderatione, ac æquitate ius dixiſſet, præpropero fato lugentibus bonis omnibus ereptus, hic ſitus eſt. Vixit annos 57. Obijt 12. Aprilis, anno 1587. reliquit ex Elizabetha è Forteſcuorum familia vxore ſuperſtites liberos octo. Henricus filius patri optimo poſuit.

IVSTITIA ET AEQVITATE.
LABORE ET INDVSTRIA.
STVDIO ET DILIGENTIA.

FRanciſca Sidneia Comitiſſa Suſſexiæ iacet in orientali parte huius capellæ pulcherrimo ſepulchro ex Alabaſtrite, vario marmoris genere perpolito, & ſic inſcripto:

Inclytæ Heroinæ Franciſcæ Comitiſſæ Suſſex ex nobili & antiqua Sydneiorum familia ortæ, illuſtriſſimo, ſapientiſſimo & bellicoſiſſimo viro Domino Thomæ Ratcliffe Comiti Suſſex nuptæ, fœminæ multis rariſſimiſq; dotibus, tum animi tum corporis ornatæ, in Sanguine coniunctos, in amicos, in pauperes, in captiuos, & præcipuè in verbi diuini miniſtros liberalitate & charitate præ cæteris inſigni, quæ lectionem ſacræ Theologiæ in Eccleſia Weſtmonaſterienſi Collegiata legendam inſtituit, & quinque millia librarum per teſtamentum legauit, quibus vel extrueretur Collegium nouum in Academia Cantabrigienſi, vel (ad augmentum Aulæ Clarenſis in eadem Academia) perquireretur annuus cenſus: de quo perpetuò ali poſſint Magiſter vnus, decem ſocij, & Scholares viginti. Opus certè præclarum

& nunquam satis laudatum. Vixit annos 58. mort. est 9. Mart. & sepulta fuit die 15. Aprilis. Anno Dom. 1589.

Heere lieth the most honorable Ladie Francis, sometimes Countesse of Sussex, daughter of Sir william Sidney of Pensehurst Knight, wife and widow to that most noble, most wise, and most martiall gentleman Thomas Ratcliffe Earle of Sussex: a woman whiles she liued adorned with many and most rare gifts both of minde and bodie, towardes God truely and zealously religious, to her friends and kinsfolke most liberall, to the poore prisoners, to the ministers of the word of God alwaies most charitable. By her last will and testament she instituted a diuinity Lecture to be red in this Colligiate church, and by the same her testament gaue also 5000. libr. towards the building of a new Colledge in the Vniuersity of Cambridge, with sufficient yeerely reuenue for the continuall maintenance of one Master, tenne fellowes, & twenty Scholars either in the same Colledge or else in an other house in the said Vniversity, already builded, commonly called Clarehall. She liued 58 yeeres, and died the 9 of march, and was buried the 15. of Aprill, 1589.

MISERICORDIA ET CHARITATE.

Beati mortui qui Domino moriuntur.
Omnia plena malis, fert Deus vnus opem.
Veni Domine Iesu, veni citò.

PIETATE ET PRVDENTIA.
FIDE CONIVGALI.

KAtharina Comitissa Northumbriæ, filia & vna hæredum Iohannis Neuill Domini Latimer, vxor Henrici Percy

Percy Comitis Northumbriæ, cui plures peperit liberos. Obijt 1596, & ſine tumulo in hoc iacet ſacello.

DOugleſſa vxor Arthuri Gorge, filia & hæres Henrici Howardi Vicecomitis Bindon, hic iacet ſine monumento. Obijt 1590.

AMbroſia Gorge vinica filia & hæres Arthuri Gorge, obijt 1600. 11. Octobris.

AD occidentalem partem huius Capellæ ſitus eſt Ioan. Puckering magni ſigilli Angliæ cuſtos, in tumulo alabaſtrino & marmoreo, cum effigie eius & vxoris, atque his inſcriptionibus:

Iuris prudentia, pietate, conſilio, multiſque alijs virtutibus inſignis Iohannes Puckering Miles à ſereniſſ. Elizabetha Angliæ Regina in ſecretius concilium ac ſummum magni ſigilli Angliæ cuſtodis munus aſcitus, cùm 4 annis ſingulari fide & æquitate ius dixiſſet, placidè in Domino obdormiens hic ſitus eſt. Vixit annos 52. Obijt 30 Aprilis anno 1596.

Cauſarum imperij & curarum pondere feſſo
Viuere pœna fuit, mors mihi ſomnus erat.
Diuitiæ, faſces, legiones, ſtemmata, honores,
Temporis hæc ſpolium, præda quæ mortis atræ.

VIRTVS INCENDIT VIRES.

Hanc poſuit ſtatuam dilecto ſponſa marito,
Fœderis & fidei teſtem pignuſque iugalis.

Spero videre Dominum in terra viuentium.

In

In Capella Sancti Iohannis *Baptiſtæ.*

HVgo Bohune cum Maria ſorore liberi Humfredi Bohuni Comitis Herefordiæ & Coneſtabilis Angliæ ex Elizabetha filia Regis Edwardi Primi, conduntur in primo ſepulchro à ſiniſtra in ingreſſu.

HEnricus Carey Baro Hunſdoniæ, D. Reginæ Elizabethæ Camerarius, & ſanguine coniunctiſsimus, villæ Berwici præfectus, Eques auratus ordinis Garteriani. Obijt anno ſalutis 1596, & conditur in medio Capellæ, cui filius eius Georgius nunc Baro Hunſdoniæ, & Camerarius Reg. Elizab. ſibique & ſuis, ſepulchrum magnificentiſsimum è marmore pario, porphyritico &c. poſuit cum hac inſcriptione:

Sepulturæ familiæ de Hunſdon conſecratum.

In Domino hîc obdormit Henricus Carey Baro de Hunſdon villæ Berwici limitiſque tam orientalis quàm medij verſus Scotiam olim præfectus: Penſionarorum Generoſorum Capitaneus, Foreſtarum cis Trentam Iuſticiarius ſummus, Garteriani ordinis eques auratus, Dominæ Reginæ Elizabethæ Camerarius, à ſacris Conſilijs, eidémque conſobrinus. Vnà cum illo conditur vxor chariſſima filia Thomæ Morgan Equitis aurati quæ plures illi liberos peperit, è quibus ſunt ſuperſtites: Georgius, Iohannes, Edmundus, Robertus, equites aurati; Catherina Comitiſſa Notinghamia, Philadelphe Baronilſa Scroope, & Margareta Domina Hoby. Obijt xxij. Iulij 1596, ætatis lxxi. Patri optimo Georgius Carey filius, Baro de

Hunſdon

In Capella S. Johannis Baptistæ.

Hunsdon, ordinis garterij socius, Vectæ Insulæ præfectus, Regina Elizabetha Camerarius & à sacris Consilijs: Maritóque charissimo Anna vxor, honoris & memoriæ ergò sibique & suis mortalitatis memores posuerunt.

COMME IE TROUVE.

THomas Ruthal Episcopus Dunelmensis, & Regis Henrici Septimi Secretarius. Obijt 1524. Iacet cum effigie in pontificalibus è saxo.

GEorgius Flaccet quondam Abbas Westmon. situs est in ingressu primo ad dextram.

GVlielmus de Colchester Abbas Westmonasterienſis tumulatur ad pedes Episcopi Dunelmensis

THomas Millinge quondam Abbas Westmon. & postea episcopus Herefordensis situs est in medio sacelli.

IN ORITVM THOMAE VAVGHAN MILITIS.

ORate pro anima Thoma Vaughan Militis quondam Camerarij & Thesaurarij Camera Edwardi Quarti ac Camerarij Principis primogeniti dicti Regis, requiescat in pace.

Aymer & a tander.

In Capella Sancti Erasmi.

ANna sola filia, & ex asse hæres Iohannis Mowbrey Ducis Norfolciæ, vxor Richardi Ducis Eboracensis, filij Edwardi quarti. Hac Anna sine prole mortua Ducatus Norfolciæ deuolutus est ad Howardos.

In Capella Sancti Eraſmi.

IOhannes Illipe Abbas Weſtmonaſterienſis vir magnæ apud Henricum Septimum authoritatis, qui Decani domum quæ nunc eſt, conſtruxit, & multa alia ædificia in eo monaſterio inſtauravit. Iacet ſub marmore quatuor columnis æneis innixo.

In Capella Sancti Iohannis *Euangeliſtæ.*

IOhannes Harpedon Miles qui obijt 1457. Situs eſt ad caput Iohannis Eſtney.

IOhannes Eſtney Abbas Weſtmonaſterij liberauit Eccleſiam Weſtmon. de 3070. libr. quas debebat. Penſionem illam 1000. librarum quæ ſoluenda erat Romano Pontifici pro confirmatione Abbatis Weſtmon. in perpetuum relaxauit, feneſtram magnam occidentalem conſtruxit. Obdormiuit in Domino anno 1498.

Hîc iacet Dominus Iohannes Eſtney quondam Abbas huius loci, qui obijt 24. Die menſis Maij, anno Dom. 1498. Cuius animæ propitietur Deus. Amen.

EXVLTABO IN DEO IESV MEO. AMEN.

THomas Primus Dominus Wentworth iacet ſine monumento.

THomas Parry miles, Theſaurarius Hoſpitij illuſtriſſimæ Reginæ Elizabethæ, iacet tumulo marmoreo. Obijt anno 1560.

Hîc iacet Thomas Parry Miles, Theſaurarius Hoſpitij, ac Magiſter Curiæ Wardorum & liberationum Elizabethæ Reginæ, Obijt 15. Decemb. anno Dom. 1560.

Perdidit

In Capella S. Iohannis Euangeliſtæ.

Perdidit in Thoma Pario cum vita receſſit
Aula, quod vnius perderet morte poteſt.
Ingenio præſtans, & comis amicus amicis,
Munificus veræ laudis alumnus erat.
Principis in ſummo pretio ponebat honorem,
Prætulit atque ſuo publica vota lucro.
Inde creatus Eques Theſauro præfuit aulæ,
Aulæ Theſaurus maior & ipſe fuit.

EXPECTO RESVRRECTIONEM.

RIchardus Kneuet Armiger Penſionarius Dominæ Elizabethæ Reginæ. Obijt 1559.

Heere lieth Richard Kneuet Eſquier, who was one of the gentlemen Penſioners to our Soueraigne Lady Queene Elizabeth, which Richard died the firſt day of Nouember.

EDwardus Rogers Miles, Cenſor ſiue Contrarotulator Aulæ Dominæ Elizabethæ Reginæ. Obijt anno Dom. 1568.

GVilielmus Rogers eiuſdem Edwardi ex tertio filio nepos, ſepultus 18. Iunij. 1593.

ANdreas Rogers filius Richardi Rogers Militis, obijt 15. Auguſti 1600.

IAcobus Croftes hoſpitij Dominæ Reginæ Elizabethæ Contrarotulator, ſine monumento. Obijt 1590.

ELizabetha filia Iohannis Forteſcue Equitis aurati. Obijt 21. Maij, 1597.

In Capella Sancti Michaelis.

HVgo Vaughan Miles, cum Anna vxore filia Henrici comitis Northumbriæ quæ prius fuit vxor Thomæ Hungerforde.

Of your charitie pray for the ſoules of Sir Hugh Vaughan knight, and dame Anne his wife, ſometime wife to Sir Thomas Hungerford knight, daughter to the Lord Henry Earle of Northumberland, who deceaſed the 5. day of July 1522. the ſaid Sir Hugh deceaſed the day of. Anno Domini one thouſand fiue hundred. on whoſe ſoules Ieſu haue mercy. Amen.

THomas Wharton Miles Dominus Wharton qui duxit Annam filiam Roberti Comitis Suſſexiæ. Obijt 1572.

EBoorne vxor Ioannis Boorne Militis & Secretarij Mariæ Reginæ. Obijt 22. Iunij 1576.

GVilielmus Truſſell Miles & proloquutor Parlamenti depoſitione Regis Edwardi 2.

In Capella Sancti Andreæ.

EDmundus Kirton Abbas Weſtmonaſt. tempore Edwardi quarti, ornauit hanc capellam multis nobilium clypeis gentilitijs. Iacet in tumulo marmoreo, his verſibus inſcriptis:

Paſtor pacificus, ſubiectis vir moderatus,
Hac ſub marmorea petra requieſcit humatus
Edmundus Kirton, hîc quondam qui fuit Abbas
Bis denis annis cum binis connumerandus,
Sacræ Scripturæ doctor probus, immo probatus,
Illuſtri ſtirpe de Cobildic generatus:

Coram

In Capella Sancti Andreæ.

Coram Martino Papa proposuit ille
Ob quod multiplices laudes habuit, & honores.

Qui obijt tertio die mensis Octobris an. Dom. 1466.
Eleïson Kyry curando morbida mundi.

Iohannes Borough Miles occisus 10. Martij 1595.

M. S.

Cœlis cœlestis, pars terris reddita terræ:
Vt graue descendit, sic leue summa petit.
Corporis hoc fanum, Burghensis nominis orbis
Est Mausoleum, spiritus ipse Polus.

Magnanimus & illustris vir Io. Bourgh nobilissimi Baronis Dom. Guiliel. Bourgh à fortissimo Heroe Huberto de Burgho, olim Cantiæ Comite oriundi, & nobiliss. fœminæ D. Cat. Clinton filiæ D. Edwar. Clinton Lincoln. Comitis nuper Angliæ Admiralij filius, ob res terra & mari gestas Clarissimus, Duisburgi Gubernator, bis Equitis Aurati honore donatus, primum in Belgio ab illustriss. Comite Leicestrienſe Regineæ Ma. & Ord. Belgiorum Imperatore, deinde ab Henrico quarto Gal. Rege post victoriam in agro Sant Andreano. Demum ob expugnatam & in Angl. invectam ingentem Hisp. nauem Caracam vul: dictam gemmis, auro, argento, aromatibus Indicis, &c. onustam, nauali dignus corona & applausibus exceptus. Dum nimis hostem cordatum licèt & strenuum tanquam viribus suis impar fatali animi securitate contemnit, multo cum suorũ luctu, & patriæ damno morte immatura an. vz. ætatis suæ 32. Mar. 7. 1594. præreptus, hîc vniuersæ resurrectionis tubam expectat. Tanti interim viri memoriam fugitiuam reuocans hoc qualecunq; amoris pignus, do-

nec magnificentius virtutibus, genio, & nomine monumentum dignius paretur. G.B.A.M.P. anno Dom. 1594.

Gladius meus non saluabit me, Psal. 43.

Tues enim Domine qui vitæ & mortis habes potestatem & deducis ad portas mortis & reducis. Sap. cap. 6.

THomas Dominus *Burrough* Ordinis Garteriani Eques auratus, & Prorex Hiberniæ. Obijt dum bello persequeretur profligatissimũ rebellẽ Comitem Tiroẽn, 1597.

HEnricus Noell Pensionarius Elizabethæ Reginæ, vir omnibus virtutibus nobili viro dignis ornatissimus. Obijt 26. Februarij 1596.

In Capella Sancti Blasij quà intratur *ad Vestiarium.*

NIcholaus Litlington Abbas Westmonasterienſis, Domum Abbatis iuxta Ecclesiam à fundamentis vz. aulam & Cameram quæ nunc Hierusalem dicitur, occidentalem item, & Australem Clauſtri partem ædificauit, & Granariam quod nunc cubiculum Regiorum alumnorum, vnà cum turre adiacente conſtruxit, Molendinum item aquaticum cum alijs ædificijs condidit. Obijt anno 1386. cum præfuiſſet ſumma cum laude annos 25.

EDwardus Monachus Weſtmonaſterienſis, filius Oeni Theodori ſiue Tidder ex Katharina Regina, vidua Henrici Quinti, filia Caroli Sexti Franciæ Regis, Frater erat Edmundi Comitis Richmundiæ, & patruus Henrici Septimi.

In

GAlfridus Chaucer Poëta celeberrimus, qui primus Anglicam Poësin ita illustrauit, vt Anglicus Homerus habeatur. Obijt 1400. Anno verò 1555 Nicholaus Brigham Musarum nomine huius ossa transtulit, & illi nouum tumulum ex marmore, his versibus inscriptis posuit:

Qui fuit Anglorum vates ter maximus olim,
Galfridus Chaucer conditur hoc tumulo.
Annum si quæras Domini, si tempora mortis,
Ecce notæ subsunt, quæ tibi cuncta notant.
25. *Octobris* 1400.

ÆRVMNARVM REQVIES, MORS.

N. Brigham hos fecit Musarum nomine sumptus.

Si rogitas quis fueram, forsan te fama docebit:
Quòd si fama neget, mundi quia gloria transit,
Hæc monumenta lege.

RObertus Haule Armiger qui elapsus ex arce Londinensi ad hoc asylum cum socio Iohanne Shakel confugit: vnde quinquaginta armati, Alano Buxhull, & Radulpho de Ferrarijs ducibus, illum dum Missæ interesset, vi extrahere conati sunt. Qui cùm resisteret & pacem Ecclesiæ inclamaret, gladijs vnà cum famulo Monasterij qui eos impedire voluit, transfossus occubuit 1378. Sepultus est è regione ostij Capellæ Sancti Benedicti, cum hoc Epitaphio ære inciso:

Me dolus, ira, furor multorum, militis atque,
——In hoc gladijs celebri pietatis asylo,
Dum Leuita Dei sermones legit ad aram:
Proh dolor, ipse meo Monachorum sanguine vultus
Aspersi moriens, chorus est mihi testis in æuum.

Et

Et me nunc retinet sacer is locus Haule Robertum,
Hic quia pestiferos malè sensi primitùs enses.

RAchael Brigham, filia Nicholai Brigham quadrimula obijt, sita est iuxta Galfridum Chaucerum. Obijt 1557. 21. Iunij.

Vnica quæ fueram proles spésque alma parentum,
Hoc Rachael Brigham condita sum tumulo.

Vixi annis quatuor, mensibus tribus, diebus quatuor, horis 15.

GVilielmus Benson quondam Abbas Westmon. & primus eiusdem ecclesiæ Decanus tempore Henrici Octaui, cùm Pontificis Romani authoritas in Anglia reiecta esset. Situs est in Australi plaga Ecclesiæ, ad Sacrarij ingressum.

GVilielmus Bedel Thesaurarius Thomæ Wolsey Cardinalis. Obijt 1518.

Here lieth buried William Bedell Esquier late Treasurer to my Lord Cardinall, Archbishop of Yorke, and Chancellour of England, and Cicely his wife, which William deceased the third of Iuly.

GVlielmus Thynne Armiger frater Iohannis Thynne Equitis aurati, qui ætate verò confecta, totus pietati addictus, quotidiè rebus diuinis in hac ecclesia interfuit, placidéque ex hac vita demigrauit. Iacet è regione ostij Claustrorũ in tumulo ex Alabastrite, cum hac inscriptione:

MEMORIAE SACRVM.

Hic situs est Gulielmus Thynne Armiger, frater Iohannis Thynne Equitis aurati, ex antiqua Botteuiliorum familia oriundus: qui in adolescentia magnam Europæ partem

partem perlustrauit, in prælio ad Muscelborough Eques catafractus contra Scotos pugnauit, & tandē ætate confectus placidè in Domino obdormiuit, 14 *die Martij* 1584.

Christus mihi vita, & mors mihi lucrum Phil. c. 1.

Dies mortis æternæ vitæ natalis est.

Iohannes Chamberlaine de Prestbury Armiger Chariſſimo Affini hoc monumentum poſuit.

FRanciscus Allen ob virtutem bellicam & fortitudinem spectatam in Belgio & Gallia equestri dignitate ornatus. Obijt xxvi. Martij 1595.

THomas Owen Iusticiarius Communium Placitorum iacet ad australem partem Chori in sepulchro ex alabastrite, marmore, & Lydio, cum hac inscriptione:

DEO TRINO ET VNI SACRVM.

Secundum Christi redemptoris aduentum sub hoc tumulo expectat Thomas Owen Armiger, filius Richardi Owen ex Maria altera filia & hærede Thomæ Oteley de Comitatu Salopiæ Armigeri: Qui ab adolescentia studijs iuris municipalis Angliæ innutritus, ita industria, ingenio & iudicio claruit, vt primùm electus fuerit Dominæ Reginæ Elisabethæ Seruiens ad legem, inde in consessum Iusticiariorum communium Placitorum cooptatus. Inter quos cùm quinque annos singulari integritatis, æquitatis, & prudentiæ laude sedisset, & ex Sara vxore Chariſsima filia & vna hæredum Humfredi Baskeruill quinque filios & totidem filias suscepisset (Alicia fideli vxore secunda superstite) piè in Christo obdormiuit 21. *die Decem. Ann. salutis* 1598.

In Australi plaga Ecclesiæ.

Rogerus Owen filius mœstissimus patri optimo & charissimo, officiosæ pietatis & memoriæ ergô hoc monumentum posuit.

IVSTORVM ANIMAE IN MANV DEI SVNT.
SPES VERMIS ET EGO.

RIchardus Bingham Miles nuper præfectus Connachtiæ in Hibernia, qui bellis Turcicis, Gallicis, Belgicis, & Hibernicis strenuam & laudabilem præstitit operam. Obijt Dubliniæ in Hibernia anno salutis 1598. & è regione Thomæ Oweni Iusticiarij requiescit.

TO THE GLORIE OF THE GOD OF HOSTES.

Heere vnder resteth Sir Richard Bingham Knight, of the auncient family of the Binghams of Binghams Melcombe in the County of Dorset. Who from his youth trained vp in military affaires, serued in the time of Queene Marie at Saint Quintins, in the Westerne Isles of Scotland, and Conquet in Britaine. In the time of Queene Elizabeth at Leith in Scotland, in the Isle of Candy vnder the Venetians, from whence he went to the burning of Cabo Chrio against the Turkes, in the Ciuill warres of Fraunce, in the Neatherlands, and at Smerwicke in Ireland. After, he was made Gouernour of Connagh, where hee ouerthrew the Irish Scots, expelled the traitour Orourke, suppressed diuers rebellions, and that with very small charge to her Maiestie, maintaining that Prouince in flourishing estate by the space of thirteene yeeres. Finally for his good seruice, he was made Marshall of Ireland, and Generall of Leinster, where at Dublin in an assured faith in Christ he ended this transitorie life the thirteenth of Ianuarie. Anno Domini 1598.

Edmundus

In Auſtrali parte Capellæ Regiæ.

EDmundus Spencer Londinenſis, Anglicorum Poetarum noſtri ſeculi facilè princeps, quod eius poemata fauentibus Muſis & victuro genio conſcripta comprobant. Obijt immatura morte anno ſalutis 1598. & prope Galfredum Chaucerum conditur qui fæliciſsimè poeſin Anglicis literis primus illuſtrauit. In quem hæc ſcripta ſunt Epitaphia:

Hic prope Chaucerum ſitus eſt Spenſerius, illi
Proximus ingenio, proximus vt tumulo.
Hic prope Chaucerum Spenſere Poeta poetam
Conderis, & verſu, quàm tumulo propior.
Anglicate viuo vixit, plauſitque Poeſis;
Nunc moritura timet, te moriente, mori.

In Auſtrali parte Capellæ Regiæ.

ECce Radulphus ita Selby iacet hîc cœnobita,
Doctor per merita præpotens lege perita,
Legibus ornatus, à regibus & veneratus,
Ordo eiúſque ſtatus per eum ſit conciliatus,
M.C. quater x. bis poſt partum virginis iſte
In feſto Chriſte tibi ſpiranit Michaëlis.

Here lieth Cecill Ratcliffe, ſometime chiefe gentlewoman with my Lady of Dudley, on whoſe ſoule God haue mercy. Amen. Mercy, grace and forgiueneſſe.

HIc iacet Anna Buxull filia Domini Alain Buxull Mil. quondam vxor Iohannis Beuerley, quæ obijt ſecundo die menſis Octobris, anno Dom. 1416. Cuius animæ propitietur Deus. Amen.

Iohannes Beuerley Miles.

Iohannes Gollofre Miles obijt 1396.

In Boreali parte Capellæ Regiæ.

In Obitum Iohannis Windsore Epitaphium.

ESt bis septenus M. Christi C. quater annus,
Vespera Paschalis dum septima lux fit Aprilis
Transijt à mundo Iohannes Windsore nomine notus,
Corde gemens mundo, confessus, crimine lotus:
Fecerat heredem Gulielmus auunculus istum,
Miles & Armigerum dignus de nomine dignum.
Dum iuuenilis erat bello multos perimebat:
Postea pœnituit & eorum vulnera fleuit.
Recumbens obijt, hîc nunc in carcere quiescit:
Viuat in æternum spiritus ante Deum.

HIc iacet frater Gulielmus Amundisham quondam monachus huius loci, Receptor nostri Canonici, qui obijt anno Dom. 1420. mense Iulij, die decimo quarto, cuius animæ propitietur Deus. Amen.

In obitum Guilielmi Cowperi.

TOtius hoc tumulo sepelitur scriba Britannis,
Et Eboracensis præsulis Oeconomus.
Couper erat nomine Guilielmus, sudor acerbus
Augusti hinc nonis sustulit è medio.
Iucumbat mollis tellus facilisque sepulto,
Nam durus nulli, difficilisue fuit.

MISERERE MEI DEVS SECVNDVM MAGNAM MISERICORDIAM TVAM.

Thomæ Browne Monachi.

O Deus æterno donetur munere vitæ, (tenens.
Thomas Browne Monachus iuncta sepulchra
Illius

In Boreali parte Capellæ Regiæ.

Illius hoc pietas, rogat hoc te ſpéſque fidéſque,
Te rogat hoc verus religioſus amor.
Surreptum Monachi fraterni plangite munâ,
Próque illo crebras fundite quæſo preces.

Libera me Domine de morte eterna in die illa tremenda, cùm cœli mouendi ſunt, cùm veneris iudicare ſeculum per ignem.

Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum.

In obitum Humfredi Roberts.

RObertus Monachus iacet hîc Humfrey vocitatus,
Quem dolet extinctum religioſa cohors.
Nam bonus & prudens & Theſaurarius olim,
Contulit huic ſacro commoda multa loco.
Virgine nate Dea, Deus ô qui vota, preceſque
Exaudis, famulum transfer ad Aſtra tuum.
Obijt Idus Februarij, 1508.

Credo quod redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea videbo Deum ſaluatorem meum.

Citò anticipent nos miſericordiæ tuæ quia pauperes facti ſumus nimis.

In Boreali plaga Eccleſiæ.

DIdachus Sanchez de Riba, de Neira Hiſpanus, ex Equiſtri Galliacorum familia oriundus, è vita deceſsit 1557. 16. Iunij.

DIVIS PHILIPPO ET MARIA REGIBVS.

In Boreali plaga Eccleſiæ.

IOhannes Redman Sacræ Theologiæ Doctor & eccleſiæ huius Collegiatæ Præbendarius,& Collegij Trinitatis apud Cantabrigienſes Magiſter, ex hoc vitæ ergaſtulo ſolutus eſt anno ætatis ſuæ 52. Anno Dom. 1551.

Hìc ſita Redmanni ſunt oſſa (ô Candide lector)
Gratia prænomen cui dedit,& meritò.
Namque Hebræorum Iohannis gratia vox eſt
Chriſti Redmanno quæ data larga fuit:
Gratia Chriſti illum varijs ornauit & auxit
Doctrina & clari dotibus ingenij.
Gratia Chriſti illum nuper ſubduxit ab iſto
Orbe,poteſt quo nil vanius eſſe malum.
Eloquij interpres Sacri,præcóque fidelis
Illius,& prudens aſſiduuſque fuit.
Sacro è ſuggeſtu ſanctiſſimus vnus
Cæleſti eſt riſus ſæpe ſonare tuba.
Quod verbo docuit,re præſtitit,illud amauit
Mens intus ſonuit quod pia lingua foris.
Contemptor mundi,contemptor diuitiarum,
Pauperibus diues,pauper erátque ſibi.
Vir iuſtus,ſanctus,puerili ſimplicitate
Præditus,& magni nomine dignus erat.
Regno in cæleſti magnus namque ille vocatur,
Cuius doctrinæ conſona vita piæ.
Redmanum hac ratione poteſt quis dicere magnum,
Quod docuit ſiquidem præſtitit aſſiduè:
Chriſtum non docuit ſolùm,ſed vixit eiuſdem
Quem docuit vultu voce docénſque ſimul.
Sermo eius tonitru, fulgur pia vita vocari,
Virtutis lucens lumine digna fuit.
Redmani ſimiles, Chriſte optime maxime, multos
Præcones populis da precor ipſe tuis.

Hoſpes

In Boreali plaga Eccleſiæ.

Hoſpes ſiſte gradum hos & numeros lege,
Redmani cineres hic tumulus teget.
Inter ſydera eſt lumina ſpiritus,
Huic planctu neque opus, ſed neque lachrimis.

His bones heere reſt ſhut in a cheſt
Whom Redman men did call:
Whoſe Chriſtian name doth ſound the ſame
Which Grace eſpeciall.
The Hebrew ſpeech doth thus vs teach,
That Iohn betokens Grace:
Which he hath ſent by Chriſts intent,
Downe from the heauenly place.
Chriſts grace him gaue great ſtore to haue
Of knowledge and fine wit:
Doctrine profound in him was found,
Chriſt made him therein fit.
Chriſts grace away did him conuay,
Alas from vs to bliſſe:
From this world vaine, where vice doth raigne,
And all things are amiſſe.
Ordain'd to teach, his will to each,
Moſt faithfully he vſed:
Wherein he knew to defend the true,
And which things were abuſed.
Cunning full great, and vtterance feate
He could in pulpit vſe:
As a trumpets noiſe his heauenly voice,
To heare would make men muſe.
What thing he taught, in deeds he wrought,
That was his ſpeciall care:
Word, deed, and minde in him to finde
Alike, it was not rare.

The

The worlds pompe gay he contemn'd alway,
And goods he ſet at naught:
Rich to the poore he ſeem'd euermore,
Yet pouerty him caught.
A man moſt meeke and holy eeke,
Simple as the child ſmall:
But great ywis our Redman is,
And ſo we may him call.
In Chriſts kingdom and of an high rome,
And great that man is nam'd
To the truth pure that doth endure,
And hath his life well fram'd.
By this meanes cleare it doth appeare,
Our Redman great muſt bee;
Which put in vre his doctrine pure,
As all men well might ſee.
Chriſt was his lore, he liu'd therefore
The ſame: ſo that thereby,
In life and word, he taught accord,
An heauenly harmony.
His thundring voice men did reioice,
To heare that heauenly ſound:
As lightning bright with vertues light,
His deeds did much abound.
O Chriſt aboue ſo deare vs loue,
Like Redman more to ſend;
Which may well preach, and the people teach,
Their liues for to amend.

Iohannes Redmanus humo tumulatur in iſta,
Eloquij ſacri interpres, claruſque profeſſor.
Aſſiduè populum Chriſti cælestia verba
Vt lingua docuit, ſic vita & moribus ipſis.

Idem

In Boreali plaga Eccleſiæ.

Idem primus erat rectior Collegij & eius
Quod Cantabrigia Triados de nomine dictum.
Eius nunc corpus ſub marmore conditur iſto,
Spiritus in cœlo eſt cum Chriſto vtì ſpero precor q.
Túque precabere idem (lector chariſſime) mortis
Et memor eſto tuæ; mors certa, incertius hora
Aſt eius nihil eſt, igitur benè viue, valeque.
Vixit annos 52. Ann. Dom. 1551. Nouemb. 4.

QVIESCAT IN PACE ECCLESIAE. AMEN.

BArtholomæus Dodington vir eruditiſsimus, ſub marmore in pauimento cum hac inſcriptione requieſcit: DEO AETERNO OPT. MAX. ET MEMORIAE S.

Certa reſurgendi ſpe hîc ſitus eſt Bartholomæus Dodingtonus, optimis artibus à puertitia innutritus, Regij Græcarum literarum profeſſoris XX. *annos in Academia Cantabrigienſi munere ſumma cum laude perfunctus: vir vt exquiſita eruditione, ita moribus ſanctiſsimis, ſingulari integritate, & modeſtia incomparabili. Qui anno ætatis* LX. *Salutis* M.D.LXXXXV, *Die Auguſti* XXII. *animam Deo reddidit, & triſte ſui deſiderium amicis reliquit.*

NE MORTVVM PVTES QVI IN COELO VIVIT.

GVil. Perkins Prodecanus huius Collegiatæ eccleſiæ, obijt. 1571.

THomas Browne primùm Archididaſcalus ſcholæ Weſtmon. & poſteà Præbendarius eiuſdem Eccleſiæ.

Hic ſitus eſt Thomas Browne ſacræ Theologiæ Bachalaureus, huius Collegiatæ Eccleſiæ prodecanus, vir ſingulari pietate, eruditione, & integritate, qui obdormiit in Domino 2 Maij 1585.

In Boreali parte Eccleſiæ.

EDwardus Grant, Prodecanus huius Collegiatæ eccleſiæ, obdormiuit in Domino. 4. Auguſti. 1601.

GEorgius Burden Receptor eccleſiæ Collegiatæ Beati Petri Weſtmonaſterij. 1593.

IOhannes Gryffith ex antiqua in Wallia familia ortus. Obijt 1597.

In locis ignotis Eccleſiæ.

HAraldus filius Nothus Regis Cnutonis, mortuo patre electus eſt in Regem Angliæ à Danis: Emmam Cnutonis vxorem opibus ſpoliatam in exilium relegauit, Ælfredum filium Æthelredi, & Sancti Edwardi fratrem oculis priuauit, & cùm regnaſſet annos quatuor mortuus eſt Oxoniæ, 1040. & Weſtmonaſterij ſepultus. Math. Weſtm.

IOhannes Vicecomes Wellenſis Ordinis Sancti Georgij ſocius, qui duxit in vxorem Cæciliam filiam Edwardi 4. Obijt ſine prole & Weſtmonaſterij conditur.

FVlco de Nouo caſtro Miles eximius, cuius corpus ob reuerentiam conſanguinitatis Regiæ, ac nobilitatis, fecit Henricus 3. magnificè in ſua præſentia in Eccleſia Weſtmonaſterij ſepeliri anno 1247. Math. Weſtm.

EPiſcopus Roffenſis, qui quoniam ſanctus habebatur, procurante Rege ſepultum eſt corpus eius Weſtmonaſterij anno 1250.

Hugolinus

In locis ignotis Eccleſiæ.

Hugolinus Camerarius Sancti Edwardi Confeſſoris.
Edwinus Abbas tempore Sancti Edwardi,
Dominus Galfridus Mandeuile,&
Domina Athelarda vxor eius.
Galfridus Mandeuile Iunior,
Dominus Iacobus Berners Miles.
Dominus Oliuerus de Durdens, frater Regis Henr. 3.
Petrus Calhan Ciuis.
Thomas Peuerell Subprior.
Sulcardus Monachus,& Cronographus:
Domina Æleonora Comitiſſa de Barra, filia Regis Edwardi 1.
Richardus Harounden Abbas.
Guilielmus Stoner Miles.
Guilielmus Atclyffe Secretarius Regis Edwardi. 4.
Domina Katharina filia Duciſſæ Norfolciæ nupta Edwardo Aylmer.
Walterus Hungerford filius Edwardi Hungerford Militis.
Dominus Salesbury Miles.
Guilielmus Hauerell.
Thomas Bounflower,& Philippa vxor.
Thomas Romayne.
Iohannes Alyngreth.
Rogerus Braharſen.
Dominus Richardus Rous Miles.
Galfridus Haſpall.
Iohannes Shorditche Miles & Helena vxor eius.
Iacobus Palmer clericus,& Iohanna ſoror eius.
Iohannes Blockely.

Nomina Regum, Principum, & Nobilium

qui floruerunt cùm Rex Henricus Tertius, anno 1220, Ecclesiam Westmonasterienſem reſtauraret, & quorum Arma ex vtráque parte nauis Eccleſiæ ſuis coloribus depinguntur.

	Ad partem Auſtralem.		Ad partem Borealem.
1	S. *Edwardus Rex & Confeſſor.*	1	*Fredericus 2. Imperator.*
2	*Henricus Tertius Rex Angliæ.*	2	*S. Lodouicus Rex Franciæ.*
3	*Alexander Tertius Rex Scotorum.*	3	*Richardus Clare Comes Gloceſtriæ.*
4	*Raimundus Comes Prouinciæ.*	4	*Rogerus Bigod Comes Norfolciæ.*
5	*Rogerus de Quinci Comes Wintoniæ.*	5	*Symon de Monteforti Comes Leiceſtriæ.*
6	*Henricus de Lacy Comes Lincolniæ.*	6	*Io. Comes Warrenniæ & Surriæ.*
7	*Richardus Comes Cornubiæ.*	7	*Humfridus de Bohun, Comes Hereſordiæ & Eſſexiæ.*
8	*R. Comes Rotheſaiæ.*	8	*Guil. de Fortibus, Comes Albemarlæ.*
9	*Guilielmus Comes de Ferrarijs, & Derbiæ.*	9	*Edmundus, Comes Lancaſtriæ.*
10	*Guilielmus de Longaſpata, Comes Sarum.*	10	*Hugo de Vere, Comes Oxoniæ.*
11	*Guilielmus de Valentia, Comes Penbrochiæ.*	11	*Iohannes de Dreux, Comes Richmondiæ.*
12	*Rogerus de Mortuo-mari.*	12	*Henricus de Haſtings.*
13	*Guilielmus de Percy.*	13	*Rogerus de Mowbraye.*
14	*Rogerus de Clifford.*	14	*Robertus de Stafford.*
15	*Rogerus de Somerey.*	15	*Robertus de Roſſ.*
16	*Iohannes de Verdon.*	16	*Robertus filius Walteri.*
17	*Robertus de Thwenge.*	17	*Iohannes de Balliol.*
18	*Fulco filius Warini.*	18	*Gilbertus Talbot.*
19	*Rogerus de Monte alto.*	19	*Warinus de Vernon.*
20	*Rogerus de Venables.*	20	*Guilielmus de Malpas.*

Vitalis

VItalis Abbas Weſtmonaſterij à Rege Guilielmo Conqueſtore effectus, obijt anno 1082. & iacet ſub marmore albo in Auſtrali parte clauſtrorum cum hoc Epitaphio:

Qui nomen traxit à vita, morte vocante,
Abbas Vitalis transijt, hicque iacet.

GIſlebertus Chriſpinus Abbas Weſtmonaſterij, obijt regnante Rege Henrico Primo, anno 1114. Iacet ad pedes Vitalis, cum baculo paſtorali abſque mitra cum his verſibus:

Hic pater inſignis, genus altum, virgo, ſenéxque
Giſleberte iaces, lux, via, dúxque tuis.
Mitis eras, iuſtus, prudens, fortis, moderatus,
Doctus quadriuio, nec minùs in triuio.
Sic tamen ornatus nece ſexta luce Decembris
Spiramen cælo, reddis & oſſa ſolo.

GErualius dictus de *Blois* filius nothus Regis Stephani, prouectus fuit à Rege patre in Abbatem Weſtm. E vita migrauit anno Chriſti 1160. ſepultus in auſtrali clauſtrorum parte ſub marmore nigro cum hoc Diſticho:

De regum genere pater hic Geruaſius ecce
Monſtrat defunctus, mors rapit omne genus.

LAurentius Abbas Weſtm. qui obtinuit à PP. Alexandro iij. priuilegium de vſu mitræ, annuli, & chirothecarum ſibi & ſucceſſoribus. Obijt 1176, ſepultus ad pedes Giſleberti Abbatis ſub albo marmore cum hoc Tetraſticho:

Clauditur hoc tumulo vir quondam clarus in orbe,
Quo præclarus erat hic locus, eſt, & erit.

Pro meritis vita dedit illi laurea nomen:
Detur & vitæ laurea pro meritis.

Pro Vowello qui obijt Auguſti 19. Anno 1557.

Factus erat moriens totus Vocalis, honorans
Corde Deum, vultu, geſtibus, ore, manu.

GAbriel Goodman filius Gawini Goodman ex Helena vxore, puer indole ſingulari. Obijt 1576.

Nuberium teneris mors immatura ſub annis
Adſuperas miſit, venerat vnde, domos;
Ne puer hic ſenibus lingua præſtaret vtraque,
Cederet & noſtra gloria magna ſchola.
Obijt 1. Ianuarij, Anno Dom. 1586.

In obitum Annæ Birkhed.

Anna diu vixti multos longæua per annos,
In te mors tandem ſæuijt atra ſenem.

An auncient age of many yeeres,
Heere liued Anne thou haſt:
Pale death hath fixt his fatall force
Vpon thy corps at laſt.

Heere vnder lieth Anne Birkhed being 102. yeeres of age, who departed this life the 25. of Auguſt, An. Dom. 1568. And Chriſtopher Birkhed her Sonne, being 77. yeeres of age, who departed this life the 20. of May being Aſcention day, Anno Dom. 1596.

Credo { *Quòd Redemptor meus viuit,*
In nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum,
Et in carne mea videbo Deum ſaluatorem meum.

Hic

HIc iacet Edwardus Bernardus Regius, in hoc Collegio alumnus, egregiæ ſpei puer, qui immatura morte chariſsimis parentibus præreptus. Obijt 27. Decembris 1584.

The Sonne of Henry Bernard and Anne his wife.

Chriſt is to me as life on earth
And death to me is gaine:
Becauſe I truſt through him alone
Saluation to obtaine.
So brittle is the ſtate of man,
So ſoone it doth decay:
So all the glory of the world
muſt fade, and paſſe away.

IN VITA VANA VITA.

Hic iacet Edwardus Grantus belliſsimus infans,
Dulce decus matris, deliciæque patris.
Quem mors ætheream citiùs tranſcripſit in vrbem
Eſſet vt angelicus, deliciaque Deo.
Ille quidem fœlix: nam paucos vixit vt annos
Sollicitæ vitæ, ſic mala pauca tulit.

Thy ſweete deſire to praiſe thy God,
Thy tender loue to parents deere,
Thy nature milde to euerie one
Remaines aliue, though corps lie heere.

VIVIT POST FVNERA VIRTVS.
Obijt Ianuarij 2, 1587. Ætatis ſuæ 5.

Guilielmus

Sepulti in Clauſtris.

GVilielmus Punterus huius Eccleſiæ præcentor obiit, 1597. in cuius mortem hoc ſcriptum erat Epitaphium:

AEthereos inter ciues, animáſque beatas
Punterus ſuminum iam canit ante Deum.
Gratus erat terris viuendo, legendo, canendo;
Cœlo nunc viuit, nunc legit, atque canit.
Sic tribus ille locis ſupereſt: ſum namque repoſta
Clauſtris oſſa, choro laus, animáſque polo.

FINIS.

Laus Deo.